ΘΗΣΑΥΡΟΣ

ΤΗΣ ΕΛΛΗΝΙΚΗΣ ΓΛΩΣΣΗΣ.

ΘΗΣΑΥΡΟΣ

ΤΗΣ ΕΛΛΗΝΙΚΗΣ ΓΛΩΣΣΗΣ.

THESAURUS

Graecae Linguae

AB H. STEPHANO

CONSTRUCTUS.

EDITIO NOVA AUCTIOR ET EMENDATIOR.

VOL. I.

Londini:

IN ÆDIBUS VALPIANIS.

PROSTAT ETIAM APUD BIBLIOPOLAS LONDINENSES, OXONIENSES, CANTABRIGIENSES, EDINENSES, ET DUBLINIENSES.

1816—1818.

THESAURUS

LINGUÆ GRÆCÆ,

AB

HENRICO STEPHANO

CONSTRUCTUS:

NOVA EDITIO, AUCTIOR ET EMENDATIOR.

A PRIMÆ Græcorum literæ nota est, cui nomen Ἄλφα, quod a prima Hebræorum litera mutuatur, אלף, quamvis enim tria hæc elementa אלף sonent *Aleph*, sequendo ea quæ ף *pe* finali subscribuntur puncta, siquis tamen voluerit pro arbitrio alia subscribere, poterit alios etiam sonos literis illis dare, ex quibus sit et hic, *Alpha*. Hanc autem alioqui tam manifestam et plane indubitatam derivationem ignorantes grammatici, Ἄλφα a verbo Ἄλφω originem habere tradiderunt, quum contra vocem hanc ex illa oriundam dicere, rationi magis consentaneum videri potuisset: ut infra docebo. Itidem certe elementum secundum *Βῆτα* ex Hebr. בות *Beth*, manasse *perspicuum est: nec de hac* derivatione *ambigent ii præsertim qui qualis* fuerit olim *τοῦ η* sonus, noverint.

Ἄλφα, præter figuras, [quas ad finem operis, cum omnigenis *literarum ductibus* et *compendiis*, subjectas videbis,] habet et alias quasdam in manuscriptis libris vetustioribus; quarum una partim ad Hebraïci א, partim ad Latini *a* formam accedit.[1] Sed usus illius est in iis potissimum locis quibus typographi literas quas majusculas appellant, adhibere consueverunt.

Ἄλφα cur primam inter *στοιχεῖα*, i. e. elementa, sedem obtinuisse existimatum sit, tunc dicendum erit quum de illa a verbo Ἄλφω origine disseretur: quæ si fabulosa est, (ut certe est), simul et illi rationi vel potius illis rationibus fidem derogemus necesse est.

Ἄλφα unum est ex illis elementis quæ nomen suum apud omnes Græcas dialectos immutatum retinuerunt, quum aliquæ nonnulla ex ceteris immu- A taverint. Nam ex *Γάμμα* Iones *Γέμμα*, ex *Κάππα* quidam *Κόππα* fecerunt: unde putatur esse *κοππατίας* dictus quidam equus ap. Aristoph. (Nub. 23. *Ὅτ' ἐπριάμην τὸν κοππατίαν*, 437. *ἡ γὰρ ἀνάγκη με πιέζει Διὰ τοὺς ἵππους τοὺς κοππατίας, καὶ τὸν γάμον, ὅς μ' ἐπέτριψε*,) ab impresso videlicet illi *κόππα*.[2] Nonnullis major etiam mutatio contigit: ut *τῷ Σίγμα*, quod Dores *Σὰν* appellarunt. Μῦ autem a Democrito vocatum fuisse traditur Μῶ, eadem forma qua Ρῶ.

Ἄλφα indeclinabile est, sicut *Βῆτα*, et reliqua etiam, uno aut duobus exceptis. Perperam enim Priscianus de omnibus elementorum tam apud Græcos quam Latinos nominibus pronuntiavit, ea esse indeclinabilia. Et sunt indeclinabilia (inquit) tam apud Græcos elementorum nomina quam apud Latinos: sive quod a barbaris inventa dicuntur; sive quod simplicia hæc et stabilia esse debent, quasi fundamentum omnis doctrinæ immobile; sive quod nec aliter apud Latinos poterat esse, &c. B Debuit certe ex hoc indeclinabilium numero *Σίγμα* saltem excipere Priscianus, quod habere genitivum singularem *Σίγματος*, pluralem *Σιγμάτων* apud Platonem comicum, nominativum et accus. *Σίγματα* apud Xenophontem,[3] alibi (Thes. ii. p. x.) ostendam, ubi et de vocibus agam quæ ex elementorum nominibus factæ fuerunt, cujusmodi sunt ex hoc *Σίγμα* istæ, *Σιγματοειδὴς* sive *Σιγμοειδὴς*, Ἄσιγμος, ex quo vox Ἀσιγμοποιῶ, item Πολύσιγμος. Præter istud autem nomen elementi *Σίγμα*, debuit fortassis et *Γάμμα* excipere: nam et hoc declinatum invenisse mihi videor. Sed donec exemplum suppetat, in dubio relinquatur. Hoc addo, articulos præfixos

[1] Addit Noster:—"Ut aliquando, Deo favente, in meo de Calligraphia Græca libro videbis." Hunc libellum nunquam, quod sciamus, in lucem dedit. De eo certe nihil invenias in Catalogo Opusculorum, quæ aliquando edere H. Stephanus statuerat, inserto in 'Vita H. Stephani Secundi, a M. Maittaire conscripta,' pp. 473—8.

[2] Schol. ad Aristoph. Nub. 23.: *Κοππατίας ἵππους ἐκάλουν, οἷς ἐγκεχάρακτο τὸ κ στοιχεῖον, ὡς Σαμφόρας, τοὺς ἐγκεχαραγμένους τὸ σ. τὸ γὰρ σ καὶ τὸ ν χαρασσόμενον, σὰν ἔλεγον.* Cf. Biseti Scholia.

[3] Hellen. iv. 4. 10.: *Οἱ δὲ Ἀργεῖοι, ὁρῶντες τὰ σίγματα ἐπὶ τῶν ἀσπίδων, ὡς Σικυωνίους, οὐδὲν ἐφοβοῦντο· ἔνθα δὴ λέγεται εἰπὼν ὁ Πασίμαχος, Ναὶ τὼ Σιὼ, Ἀργεῖοι, ψεύσει ὔμμε τὰ σίγματα ταῦτα, χωρεῖν ὁμόσε.* "Unde satis patet, quid tribuendum sit præcepto Helladii in Chrestomathia p. 963. t. xi. Thes. Gronov.: *Τὰ νῦ φαμεν, καὶ τὰ μῦ, πληθυντικῶς ἐκφωνεῖν ἐθέλοντες τὰ στοιχεῖα. Οὕτω καὶ τὰ σίγμα δεῖ λέγειν, ἀλλ' οὐχὶ τὰ σίγματα· καὶ γὰρ ἄκλιτα τῶν στοιχείων τὰ ὀνόματα. Διὸ καὶ τὸ παρὰ Ξενοφῶντι ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς εἰρημένον οὐχ ὑφ' ἓν τὰ σίγματα τῶν ἀσπίδων ἀναγνωστέον, ἀλλὰ δισυλλάβως τὰ σίγμα, καὶ ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς τὰ τῶν ἀσπίδων, κατὰ διάστασιν.* V. Meurs. ad h. l. et Palmer. Exercitt. ad Auctt. Gr. p. 70., qui Helladii vanitatem et aliis argumentis demonstrarunt, et locis Platonis Comici et Eubuli ap. Schol. Eurip. Med. 476. (ubi v. Porson.) qui hujus nominis plurali numero usi sunt." Sturzius Lex. Xenoph.

reliquis elementorum nominibus indeclinabilibus, A sicut et aliis quibuslibet vocabulis quæ indeclinabilia sunt, veluti declinationis loco esse. Dicitur enim τὸ Ἄλφα, τοῦ Ἄλφα, τῷ Ἄλφα: itidemque in plurali, τὰ Ἄλφα, τῶν Ἄλφα, τοῖς Ἄλφα. Eodem modo τὸ Βῆτα, τοῦ Βῆτα, &c. Semper autem præfigitur neutrius generis articulus, quoniam et γράμμα et στοιχεῖον, quæ literam et elementum significant, neutrius generis sint. Possunt tamen hunc articulorum usum præstare et alia vocabula illis præfixa: veluti quum dicitur in proverbio, Τρία κάππα κάκιστα.

Ἄλφα numero declarando adhibetur, et primum significat, sicut Βῆτα secundum, Γάμμα tertium, itidemque in ceteris. Sed quadam velut prærogativa in isto literarum usu libri Homerici donati fuerunt. Primus enim liber Iliadis sive Odysseæ, vocatus fuit Ἄλφα, secundus Βῆτα, tertius Γάμμα, atque ita deinceps; existimanturque harum appellationum auctores fuisse veteres grammatici, ac nominatim Aristarchus. Hunc autem istorum elementorum usum videmus in versibus singulis B qui libris illis præfixi sunt, et Ἐπιγραφαὶ vocantur, i. e. inscriptiones, seu tituli: quod singulis singulorum argumentum contineatur. Verbi gratia: libro primo, Ἄλφα λιτὰς Χρύσου, λοιμὸν στρατοῦ, ἔχθος ἀνάκτων. Libro secundo, Βῆτα δ' ὄνειρον ἔχει, ἀγορὴν, καὶ νῆας Ἀχαιῶν. Juncto deinde unicuique horum nominum substantivo dicitur ἡ ἄλφα ῥαψῳδία, addendo aut subaudiendo τῆς Ἰλιάδος, sive τῆς Ὀδυσσείας, itidemque in genitivo, τῆς ἄλφα ῥαψῳδίας: eodemque modo cum Βῆτα, cum Γάμμα, ceterisque omnibus, pergendo videlicet illud substantivum et per reliquos casus declinare. Legimus porro et alii substantivo juncta hæc nomina ap. Eustathium, dicentem et τὸ ἄλφα τμῆμα, τοῦ ἄλφα τμήματος, et ita deinceps. Vocaturque τμῆμα unusquisque liber, respiciendo ad totum poema, quod est velut σῶμα. Sed an Eustathius hanc vocem τμῆμα in ista significatione aliunde, an a se afferat, non satis liquet. Quamvis autem hic scribat veteres grammaticos οὕτω τιμῆσαι τὴν C Ὁμηρικὴν ποίησιν τῷ πρεσβείῳ τῶν στοιχειωδῶν γραμμάτων, idem tamen et a quibusdam philosophis in suorum librorum inscriptionibus factitatum fuisse testatur. Addit idem, hanc ob causam libros Homericos γράμματα etiam fuisse vocatos, sicut Ἄλφα, Βῆτα, et reliqua hoc nomine appellantur. Ubi quamvis singularis numeri mentionem nullam faciat, non dubito tamen quin et sigillatim unusquisque liber γράμμα dictus fuerit, addita numerali appellatione: hoc modo, τὸ πρῶτον γράμμα, τὸ δεύτερον γράμμα, et ita deinceps. Ex his patet quousque extendi debeat quod de Ἄλφα, ceterisque elementorum appellationibus dixi, nimirum numero declarando adhiberi. Alioqui enim passim hoc declarandi numeri officio funguntur per se ipsorum elementorum notæ. Significat enim α primum, vel primam, β secundum vel secundam, et ita deinceps. Sed ad discernendas ab aliis has literas, quum numerales sunt, seu numerativæ, si ita loqui licet, lineolam illis quidam superposuerunt, alii accentum D acutum: quidam cum lineola literas quibus terminatur ipsa numeri appellatio addiderunt: pro πρῶτος scribentes α habens superne lineolam cui affixa esset syllaba ος, et quidem minutiore scripturæ genere scripta: pro πρώτου, scribentes α habens superne lineolam quæ affixam haberet syllabam ου cum accentu: pro πρώτῳ, α habens supernè lineolam cui affixa esset litera ῳ, cum accentu itidem. Quorum compendiorum, ita enim compendiariæ

A notæ vocari compendiarie possunt, [formæ ad finem operis apponentur.] Eadem est autem et accusativi πρῶτον ratio: scribitur enim litera α, cui superponitur lineola affixam habens syllabam ον. Quinetiam in scribendo fœminino πρώτη et neutro πρῶτον idem mos servatur. Hac autem de re monendum te eam præsertim ob causam existimavi, quod sciam a nonnullis ignoratam, vetera exemplaria legentibus, negotium illis exhibuisse.

Ἄλφα penulatorum, Βῆτα togatorum jocose dixit Martialis, pro eo quod est, Primum locum tenens inter penulatos, secundum locum inter togatos obtinens: ut videlicet inter literas Alpha, primum, Beta secundum locum habet. Erasmus ἄλφα penulatorum exponit præcipuum et quasi primatem. Ego, ut ἄλφα penulatorum, primarium penulatorum, ita etiam βῆτα togatorum, secundarium togatorum, si modo secundarius ita usurpari posset, exponendum censerem. Scazontes Martialis in quibus ita lusit, sunt isti, Lib. v. (Epigr. 27.) 'Quod Alpha dixi, Codre, B penulatorum Te nuper, aliqua quum jocarer in charta, Si forte bilem movit hic tibi versus, Dicas licebit Beta me togatorum.' Talem jocum, aut certe talem joci formam habet distichum Lib. i. (Epigr. 51.) 'Si tibi Mistyllus coquus, Æmiliane, vocatur, Dicetur quare non Taratalla mihi?' Quum enim utraque harum appellationum ex Homerico isto versu sumta sit, qui non semel apud eum legitur, Μίστυλλόν τ' ἄρα τἄλλα, καὶ ἀμφ' ὀβελοῖσιν ἔπειραν: ita jocatur poeta, Si tu ex primo versus Homerici vocabulo, μίστυλλον coquo tuo nomen imponere tibi permittis, cur mihi ex sequentibus vocabulis τ' ἄρα τἄλλα nomen ei dare non licebit? Sic in præcedente epigrammate, Si te nomine primæ Græcorum literæ appellavi, tu me vicissim nomine secundæ appellato. Scio tamen quibusdam videri aliquid majoris argutiæ his versibus subesse: sed vereor ne nimis arguti esse velint.

Ἄλφα καὶ Βῆτα, Alphabetum, ut vulgo loquimur. Juvenalis xiv. (209.) Hoc discunt omnes ante alpha C et beta puellæ. Aratus autem apud Stephanum Byz. (v. Γάργαρα),[1] et Anthol. Epigramm. Lib. ii. p. 164. meæ Editionis, inverso propter metrum ordine dixit, Γαργαρέων παισὶν βῆτα καὶ ἄλφα λέγων: i. e. Gargarensium liberos elementa docens, seu prima elementa. Hinc est factum pulchra compositione VOCAB. Ἀναλφάβητος, ον, ὁ et ἡ, Qui ne alpha quidem ac beta novit, Omnino illiteratus, Adeo literarum rudis, ut ne ipsa quidem earum elementa habeat cognita. Gallice ad verbum, *Qui ne sçait ni A ni B.* Quidam interpr. ex Seneca, Qui nec elementarius fuit. Sed in hac interpretatione alius dabitur usus voci Elementarius quam habeat apud ipsum Senecam, Epist. 36. Fuerit enim Elementarius, qui doctus est elementa, seu institutus est in elementis, Qui elementa didicit: quum Senecæ Elementarius is sit qui elementa docetur, seu discit. Locus enim in quo voce illa utitur, est hic: 'Sed quemadmodum omnibus annis studere honestum est, ita non omnibus institui. Turpis et ridicula res est elementarius senex: juveni parandum, seni D utendum est.' (Capitol. in Pertin. c. 1. Puer literis elementariis, et calculo imbutus.) Ceterum afferunt hanc vocem et vulgaria Lexica, sed nullius scriptoris usu eam comprobant: uti tamen illa Athenæum sciendum est, L. iv. (p. 176. e.) ubi scribit, ἧς [κιθαρῳδίας] καὶ ὁ εὐτελέστατος παρ' ἡμῖν ἰδιώτης, προσέτι τε καὶ ἀναλφάβητος, οὕτως ἐστὶ συνήθης, ὡς τάχιστα ἐλέγχειν τὰ περὶ[2] τὰς κρούσεις ἁμαρτήματα γινόμενα.

[1] Schol. ad Epigr. Gr. ap. Berkel.: Στέφανος ἐν τῷ Περὶ Πόλεων μέμνηται ἐπιγράμματος· ὅτι τε ὁ Διότιμος ἐν Γαργάρῳ ἐδίδασκε γράμματα, καὶ ὅτι Ἄρατος εἰς αὐτὸν τὸ ἔπος ἔγραψε τοῦτο. παρατίθεται δὲ τὸ ἐπίγραμμα· οὐ μέν τοι γράφει Διότιμος, ἀλλὰ ὅτι μοῦνος αἰάζω καὶ πάλιν, Παισὶ Γαργαρέων, καὶ οὐ Γαργαρέων παισί. "Corrige hoc distichon e Macrob. v. 20. et Anthol. ii. 40. p. 239., Γαργαρέων παισίν. Ubi Schol. notat diversitatem lectionis, quæ ap. Stephanum occurrit; sed Scholiographus iste Græculus est recentissimus." L. Holsten. At in Eustathio quoque ad Il. Ξ. p. 986. 48., qui forte e Steph. Byz. sua duxit, legitur, Παισὶ Γαργαρέων.

[2] "Ferendum atque adeo probum videri poterat περὶ τὰς κρ. At nonnisi ex operarum errore ortum hoc erat, scripturæ compendium, quod erat in ed. Ven., perperam interpretantium. Παρὰ cum ed. Ven. tuentur MSS. A. et Ep. Est autem παρὰ τὰς κρούσεις, inter pulsandum, in pulsando." Schweigh.

῎Αλφα καὶ Ω μέγα quo sensu usurpentur in Apocalypsi, dicetur in litera Ω.

῎Αλφα, ut ad alteram illam derivationem veniam, de qua, licet vana, dicturum me promisi, deductum esse a verbo ῎Αλφω, significante Invenio, testatur Etymologus: eam ob causam quod prima literarum inventa fuerit. Moschopulus quoque, sicut et alii nonnulli, ῎Αλφα vult ab ῎Αλφω habere originem, sed aliam ob rationem: quod nimirum ex ῎Αλφα primo elemento inventa fuerint et cetera. Ejus enim in sua Grammatica, eam dico quæ nondum excusa fuit, hæc sunt verba, ῎Αλφα παρὰ τὸ ῎Αλφω τὸ εὑρίσκω· ἐξ αὐτοῦ γὰρ εὑρέθη καὶ τὰ λοιπὰ στοιχεῖα. At Euripidis Scholiastes (v. 297.) contra vult Ἀλφάνω, idem significans quod ῎Αλφω, ab ῎Αλφα ortum habere. Ego vero non quidem Ἀλφάνω, sed ῎Αλφω; ex quo deinde factum illud fuit, ex ῎Αλφα oriundum esse arbitror. Quum enim literarum inventio, quarum prima est ῎Αλφα, supra quamvis aliam celebrata et nobilitata fuerit, eos qui nomen primæ illius literæ audirent, inventionis omnium recordari solitos, ut ii qui ῎Αλφα καὶ Βῆτα vocabant quod vulgo alphabetum dicitur, sub duabus illis ῎Αλφα καὶ Βῆτα omnes comprehendebant, hinc tandem verbum ῎Αλφω deduxisse, non absimile vero esse videtur. Quod meum commentum tamen non ita mihi placet ut aliud probabilius non desiderem. Sed qualecunque illud est, plus fidei saltem mereri existimo quam duo illa quibus derivationis literæ ῎Αλφα a verbo ῎Αλφω ratio redditur. Ut enim demus, quod dandum non est, ῎Αλφα non esse ab Hebr. אלף, *sed aliam ei quærendam esse originem*, non video quomodo *rationi consentanea loquatur qui dicit* ῎Αλφα esse ab ῎Αλφω, quod *primum omnium elementorum inventum fuerit*; quod enim secundum est, inventum et ipsum fuit: itidemque quod tertium, atque ita deinceps. Nec video quomodo excusari commentum istud possit, nisi, si hic jocari licet, proverbii valde triti auctoritate defendatur, quo dimidium facti habere dicitur qui cœpit. At causam quam Moschopulus reddit, quo patrocinio tuebimur? ῎Αλφα, inquit, ab ἄλφω, significante Invenio: quoniam ex eo et cetera elementa inventa fuerunt. Hoc certe si verum est, si inquam primæ literæ inventio ceterarum inventionem præbuerit, consentaneum id quoque veteri illi proverbio esse respondebimus. Sed vereor ne potius ipse Cadmus nobis sit advocandus, *si scire velimus quomodo ex prima litera ceteras invenerit*.

῎Αλφα primo loco positum a Cadmo, nam et hæc commenta me commemoraturum sum pollicitus, quamvis ipsa quoque, stante vera illa literæ ῎Αλφα derivatione, concidant, censet Ammonius, apud Plut. Sympos. ix. (Quæst. ii. p. 1047. ed. Wyttenb.) quod Phœnices ῎Αλφα nominent bovem: cui quidem non secundus aut tertius, juxta Hesiodum, sed primus inter necessarias res locus debeatur. Moschopulus autem primam sedem obtinuisse illud tradit, quod a seipso incipiat pariter et desinat: quum elementa cetera a seipsis inchoentur, sed non itidem finiantur.

Quos usus habeat α præfixum vocabulis.

A στερητικὸν in quibusdam vocabulis, in nonnullis contra ἐπιτατικὸν, in quibusdam ἀθροιστικὸν a grammaticis appellatur. Præfixum enim illis per compositionem, loquor autem de nominibus præsertim, et hos et alios quoque usus habet. Occurrit autem frequenter στερητικὸν, i. e. privativum, seu privandi vim obtinens, quemadmodum apud Latinos frequenter particula In, nonnunquam De, vel Ex, interdum vero itidem hæc ipsa litera, ut in Amens et Avius: Exemplo sunt, βέβαιος, Stabilis: ἀβέβαιος, Instabilis. Sic σοφὸς, Sapiens, Doctus, Scitus: ἄσοφος, Insipiens, si, exempli causa, sic interpretari liceat, Indoctus, Inscitus. Sic κακὸς, Malus: ἄκακος, Minime malus. Item, ἡδὺς, Jucundus: ἀηδὴς, Injucundus. In quo observa obiter, accedente A per compositionem α, mutari scripturam, verso ν in η: quod in aliis quoque nonnullis usuvenit. Hoc autem ignorans aliquis mendosam scripturam esse putet. Sed quum vocabulum cui α præfigitur, a vocali initium habet, inter ipsum et sequentem vocalem interjicitur ν, euphoniæ gratia: ut ἄξιος, Dignus, ἀνάξιος, Indignus: ἴσος, Æqualis, ἄνισος, Inæqualis: ἐραστὸς, Amabilis, ἀνέραστος, Inamabilis. Quinetiam in illis quæ ex substantivis fiunt, ut ἄνολβος, ex ὄλβος: ἄνιππος, ex ἵππος. Excipiuntur quædam: non tamen quæ rejicere literam ν dicenda sint, ut vulgo tradunt, sed potius ea posse carere, posse etiam illam admittere. Nam hæc quæ in exemplum afferuntur, ab ο incipientia, ῎Αοσμος, ῎Αοικος, ῎Αοζος, minime rejiciunt ν: quum alicubi quidem hanc scripturam habeant, alicubi vero et istam cum ν, ῎Ανοσμος, ῎Ανοικος, ῎Ανοζος. His autem addo ῎Αϋλος: pro quo reperiri itidem et ῎Ανυλος cum ν, dico. Aliquando autem hæc litera eodem officio fungens opponitur particulæ εὖ: ut B quum dicitur εὔμορφος, Formosus, ἄμορφος, Deformis. Itidemque, εὔχαρις, Venustus, Lepidus: ἄχαρις, Invenustus, Illepidus. Atque hæc quidem, sicut et præcedentia, ex adjectivis adjectiva fiunt: verum ex substantivis quoque adjectiva fieri quædam sciendum est: ut ex νοῦς substantivo, quod est Mens, fit adjectivum ἄνους, Amens. Ubi observa quomodo Latini in componenda voce ista Amens, exemplar Græcæ ἄνους sibi proposuisse videantur, vel potius proposuerint. Utrobique enim una eademque litera vim eandem, nimirum privandi, obtinet: utrobique substantivum nomen in adjectivum absque ulla mutatione transit. Itidem ex substantivo νόσος, Morbus, fit adject. ἄνοσος, Morbo carens, Morbi expers. Eodemque modo ex substantivo γάμος quo Nuptiæ significantur, fit adjectivum ἄγαμος, Nuptiarum expers. Pariter ex substant. πόνος, quo significatur Labor, fit ἄπονος, i. e. Illaboriosus. Et in his quidem quatuor adjectivis, sicut et in aliis plerisque, integrum atque C immutatum retinetur substantivum: sed sunt etiam quamplurima in quibus adjectivum aliam terminationem accipit. Sic ex substantivo φρὴν, quod et ipsum mentem significat, fit adjectivum ἄφρων, quo itidem declaratur Amens, Insipiens. Ex substantivo κέρδος, quod est Quæstus seu Lucrum, fit ἀκερδὴς, Inquæstuosus, Illucrosus: hæc enim aliquando dicta fuisse aut putemus aut certe fingamus. Ex substantivo βουλὴ, quod est Consilium, fit ἄβουλος, Consilio carens, Inconsultus. Ex substant. γραφὴ fit ἄγραφος: ex γνώμη, ἀγνώμων: ex ἀκοὴ, ἀνήκοος, ubi observa etiam mutationem vocalis: ex γράμμα, ἀγράμματος: ex αἷμα, ἀναίματος, et ἄναιμος, et ἀναίμων, i. e. Exanguis, particula Ex στέρησιν indicante.

A est στερητικὸν non solum in ejusmodi nominibus qualia sunt præcedentia adjectiva, quæ vel ex aliis adjectivis itidem, vel ex substantivis, aut cum mutatione, aut citra mutationem, sunt facta: verum etiam in quamplurimis eorum quæ verbalia D dicuntur. Cujusmodi sunt, φθαρτὸς, Corruptibilis: ἄφθαρτος, Incorruptibilis. Sic τρεπτὸς, Mutabilis: ἄτρεπτος, Immutabilis. Sic λυτὸς, Solubilis: ἄλυτος, Insolubilis. Sic κλητὸς, Vocatus: ἄκλητος, Invocatus, i. e. Non vocatus. Sic πλαστὸς, Fictus: ἄπλαστος, Non fictus. Sic βαπτὸς, Tinctus: ἄβαπτος, Non Tinctus. Jam vero et non præcedente simplici reperitur sæpe compositum verbalis formam habens: i. e., cui per compositionem hoc στερητικὸν α præfixum est. Talia sunt, Ἀήττητος, Ἀνίκητος, Ἀκόλαστος, Ἀβασάνιστος, Ἀβασίλευτος, Ἀγύμναστος, Ἀδόκητος, ῎Αδραστος, Ἀμίαντος, Ἀμόλυντος, aliaque prope innumera. Horum certe vix ullum esse puto quod absque isto privativo α inveniatur: nec memini me vel Ἡττητὸς, vel Νικητὸς, vel Κολαστὸς, vel Βασανιστὸς, vel Βασιλευτὸς,[1] vel Γυμναστὸς, vel aliud ex sequentibus legere: sed dicitur potius Ἡττημέ-

[1] "Βασιλευτὸν γένος ἀνθρώπων, Qui ferre regnum apti sunt natura, ut Bud. interpr. apud Aristot. Polit. iii." H. St. Thes. i. p. 725. c.

A νοι, Νενικημένοι, Βεβασανισμένος, Βεβασιλευμένος, vel Βασιλευόμενος, Γεγυμνασμένος, itidemque in ceteris. Præfigitur porro α istud privativum iis etiam quæ non simplicia, sed cum præpositione sunt composita. Cujusmodi est 'Αδιάτρεπτος, et quidem non præcedente Διάτρεπτος, sicut alteram vocem 'Ατρεπτος antecedit Τρεπτὸς, cujusmodi etiam est 'Ανεξέταστος, 'Ανέκφραστος, 'Αδιήγητος. Denique et iis quæ bicomposita sunt, liceat enim mihi meis verbis brevitatis causa uti, præfigitur α στερητικόν: qualia sunt, 'Αδιέξοδος, 'Αδιεξίτητος, 'Αδιεξήγητος, 'Αδιεκδίκητος, 'Ανανταπόδοτος. Et hæc quidem omnia quibus α στερητικὸν præfixum est, verbalium formam habent ex præterito passivo formatorum, nimirum ex tertia ejus persona singulari: sed inveniri sciendum est præfixum nonnullis etiam nominibus quæ et ipsa originem a verbis, sed aliam tamen formam atque adeo formationem habent. Cujus generis est ἄαπτος apud poetas. Sed vereor ne ista subtilius persequi sit infinitum.

B A est στερητικὸν in multis etiam verbis, sed ita ut prius præfixum fuerit nominibus unde fiunt. Exemplo sunt, 'Αδοξῶ, 'Απορῶ, 'Αχαριστῶ, 'Αγνωμονῶ: necnon passivæ horum voces 'Αδοξοῦμαι, 'Απορουμαι, 'Αγνωμονοῦμαι (omitto 'Ακοσμοῦμαι, quod nullum ejus usum extare existimem), præcedentibus nominibus "Αδοξος, "Απορος, 'Αχάριστος, 'Αγνώμων. Nonnunquam compositis etiam verbis præfigitur, veluti in 'Αναξιοπαθῶ, quod fit ex 'Ανάξιος. Sed de hoc admonendus mihi est lector, contingere nonnunquam ut verbum nominis significationem non sequatur. Ecce enim "Αβουλος, quod consilio carentem seu inconsultum ac minime circumspectum significat: at ecce 'Αβουλῶ, quo declaratur Nolo non semel a Platone, itidemque a Demosthene, (p. 1471. 19. ed. Reisk., Οὐθ' ὑμᾶς ἐνόμιζον ἀβουλεῖν με ἔξω προπηλακισμοῦ γενέσθαι, Vosmet ipsos quoque suspicabar non nolle, i.e. velle, me a contumelia intactum manere.) Cujus auctoritas facit ut eo magis Suidæ fides derogetur, scribenti, 'Αβουλεῖν· μὴ βουλεύεσθαι, ἢ μὴ βούλεσθαι, Πλάτων. In iis certe exemplis quæ ex hoc scriptore depromta invenies, aliisque aliquot quæ depromi possunt, non illam, sed hanc significationem aperte obtinet. Ceterum quum talia sint verba quibus α στερητικὸν præfigitur, ex nominibus præfixum itidem illud habentibus facta, non possum quin valde mirer participium ἀμορφωθέντος, quod apud Eustathium legitur. Esse enim verbi * ἀμορφοῦμαι,[1] clarum est: at quo exemplo id dictum fuerit aut dici potuerit, cogitare nequeo. Nam si ex ἄμορφος verbum ἀμορφῶ, præcedat enim hæc vox activa passivam illam ἀμορφοῦμαι necesse est, facere possumus, quidni vicissim εὐμορφόω ex εὔμορφος, quidni et alia ex aliis itidem facere licebit? Si tamen Eustathium aliquis non sine exemplo vocem illam usurpasse existimat, eam et ipse usurpare non dubitet: sed ego crediderim potius eum hic, quod et aliis plerisque locis, in vocabulis etiam contra analogiam fingendis sibi permisisse.

A geminatum in quorumdam nominum principio, στερητικὸν est in posteriore loco, quum in priore significationi vim addat. Cujus usus exemplum proferam ubi de α, quod ἐπιτατικὸν appellatur, disseram.

A in ἄκοιτις quoque et in ἄλοχος est στερητικὸν, si Porphyrio credimus: quum pro ὁμοῦ in vocibus illis poni vulgo credatur. Qua de re plura dicam infra.

A non omnino στερητικὸν, et ex toto, ut ita dicam, sed ex parte duntaxat esse censetur in quibusdam vocabulis: utpote in quibus ὀλίγον significet, sicut in nomine ἀμαθής. Hoc enim interdum sonare ὀλιγομαθὴς testatur etiam Eustath. (ad Il. E. p. 554. 43.) Atque ita ἀμαθὴς non solum erit Indoctus, sed interdum Parum doctus. Idem (l. c.) ἀκέφαλον eodem modo pro * βραχυκέφαλον dictum testatur.

Tale est et α quod μικρὸν indicat: ut ἀφυὴς dicitur interdum sonare * μικροφυής, (Eustath. ad Il. Π. p. 1061. 1.) Ad hunc autem locum pertinere mihi videtur et illud α, quod significationem particulæ δυς obtinere existimatur: ut in ἄβατος, pro δύσβατος, et ἀπέρατος pro δυσπέρατος, item ἀδάμας quasi δυσδάμαστος, si scholiastæ Hesiodi (J. Tzetzæ in Scutum Herculis v. 137.) credimus. Ad ἄβατος quidem quod attinet, sicut quum proprie Inaccessus significet, sonat interdum Accessu difficilis: ita etiam Latine Avius locus, quum proprie sit Ad quem nulla est via, interdum de illo dicitur ad quem difficilis patet via.

A in una eademque voce interdum στερητικὸν est, interdum κακὸν significat: ut docebo in nomine ἀκερδής.

A ὑπερστερητικὸν, non simpliciter στερητικὸν, vocatur a grammaticis in voce ἀάατος. Homer. Il. Ξ. (v. 271.) "Αγρει νῦν μοι ὄμοσσον ἀάατον Στυγὸς ὕδωρ: in quem locum hæc Eustath. (p. 985. 16. et ad Il. E. p. 618. 39.) annotat, Vocabulum ἀάατον tribus α profertur, quorum duo sunt στερητικά: ideoque ὑπερστερητικὸν vocatur ab antiquis, tanquam geminans στέρησιν. Est autem secundum, στερητικὸν vocis ἄτη: at primum hanc στέρησιν tollit. Unde ἀάατον est τὸ μὴ στεροῦν ἄτης τοὺς ἐπιόρκους, sed quod maxime causam affert ἄτης. Tale est 'Ανάπηρος, et in Odyssea (Λ. v. 273.) 'Ανάπυστα. Nam "Απηρος est ὁ μὴ ἔχων πήρωσιν: at vero 'Ανάπηρος dicitur ὁ ἐστερημένος τῆς τοιαύτης στερήσεως. Itidemque "Απυστος est ὁ στερηθεὶς τοῦ ἀκουσθῆναι: at 'Ανάπυστος est ὁ ἀκουσθεὶς, nimirum στερηθεὶς τῆς τοῦ ἀπύστου στερήσεως. Observa autem obiter usum hujus NOMINIS 'Υπερστερητικὸν, quo fuisse appellatum vocabulum illud ἀάατον innuere videtur Eustath. quum dicit geminare στέρησιν: sed α quod στέρησιν tollit, merito dicetur ὑπερστερητικὸν, tanquam sua στερήσει illam στέρησιν transcendens et exsuperans.

Hactenus de α privandi vim habente. Quot enim C modis eam obtineat, multo hic a me exactius et fusius quam alibi usquam traditum habes. Duo his addenda sunt, de spiritu nimirum quem accipit, quum hoc officio fungitur, itemque de quantitate ejus syllabica. Sciendum est igitur α στερητικὸν tenuem spiritum accipere, ut videre est in præcedentibus ἄσοφος, ἄλυτος, ἄτρεπτος, aliisque infinitis: sed duo a grammaticis excipi, videlicet ᾅδης et ἅλυσις: nam et quod his duobus nominibus præfixum est α, volunt esse στερητικόν, licet non ita præfigatur ut in præcedentibus, sed majori cum mutatione. Sed considerandum est, ex nomine POETICO 'Αΐδης factum esse hoc ᾅδης, in quo ἀΐδης manifestior est illius α στερητικοῦ usus, præfixi videlicet verbo ἰδεῖν, quod est videre; quoniam illo nomine Orcus, qui locus est noctis profundæ Maroni, vocarique tenebrosus ac niger a ceteris poetis consuevit, significatur. Verum de hac derivatione quidam grammatici certant, et adhuc sub judice lis est. Placet enim quibusdam ab ἥδω deductum esse, D per antiphrasin, hunc locum, quem Latini Orcum appellant: sicut ETIAM Χάρων, qui janitor, necnon portitor Orci a Virgilio vocatur, per antiphrasin nomine isto donatus fuit. Sunt vero et qui ab ἅω factum esse contendant: sed hanc deductionem sequendo, eandem spiritus mutationem fateri necesse foret. Quam certe et ipse admitto, illi a verbo ἰδεῖν deductioni ut aliis simpliciori acquiescens. Alterius autem nominis "Αλυσις deductionem minus controversam esse puto, a verbo λῦσαι videlicet, seu verbali ejus λύσις, præfixo α illo privativo: ut videlicet catena dicta sit ἅλυσις, ex eo quod constrictum aliquem teneat ita ut solvi non possit. Nunc quod ad quantitatem syllabicam hujus α στερητικοῦ attinet, corripi certe ipsum multi passim poetarum loci ostendunt: sed annotatur excipien-

[1] Vocabulum hocce, quod Schneiderus post Hedericum prætermisit, in Indice Thesauri non legitur.

dum esse ἀθάνατος,[1] quippe quod metri gratia, vel A potius, ut metrum heroicum ingredi possit, productam primam habet. Huic autem addo ἀκάματος[2] et ἀνέφελος, (Hom. Odyss. Z. v. 45., Πέπταται ἀνέφελος,[3] λευκὴ δ' ἐπιδέδρομεν αἴγλη. Cf. Soph. Electr. 1246.) de quibus idem plane dicendum est. Sed pro ἀνέφελος quibusdam ἀννέφελος ad producendum α scribere placuit.

A Est contra ἐπιτατικὸν in quibusdam vocabulis: quod sonat quasi dicas intensivum: i. e., intendens significationem vocis cui præfigitur, et vim ei addens. Hoc porro fit interdum magnitudinem, interdum multitudinem denotando: i. e., significando τὸ μέγα, vel τὸ πολὺ, ut grammatici loquuntur. Magnitudinem denotare existimat Hesych. in voce Ἀχανὲς, quum dicitur ἀχανὲς πέλαγος:[4] multitudinem in Ἄξυλος, quum ὕλη appellatur ἄξυλος. Sic NOMEN Ἀχύνετον vult Nicandri Scholiastes esse πολύχυτον, quod α sit ἐπιτατικόν: in isto Nicandri versu, (Alexiph. 174.) Πῦρ μὲν ἀείζωον καὶ ἀχύνετον ἔτρεσεν ὕδωρ Ἀργέστας. Quam expositionem habet B et unum ex meis vet. Lexicis.[5] Est autem πολύχυτον, Per multum spatium fusum, Late fusum. Ap. Hesych. extat eadem illa vox ἀχύνετον, exposita πολύν: sed non dubito quin potius et ipse scriptum reliquerit πολύχυτον.[6] Saltem πολὺν in πολὺ mutandum fuerit, ut huic Nicandri loco convenire possit. Itidem ap. Apoll. Rhodium Schol. (ad Lib. iii. 805.) ἀστεγὲς (ἀσταγὲς) scribit habere α ἐπιτατικόν, et significare πολυστεγὲς, (πολυσταγές).[7] Jam vero et in ἀφρόντιστος apud Theocritum, (x. 20.) α denotat ἐπίτασιν, si ejus enarratori credimus, valetque ἀφρόντιστος idem quod πολυφρόντιστος. Itidem ἄβιος ap. Antiphontem est ὁ πολὺν βίον κεκτημένος, ut tradit Harpocration.[8] Quæ et Suidas habet, ex eo sumta. Idem vero et in illo ἀχανὲς vult α hunc ipsum usum habere; exponit enim τὸ ἐπὶ πολὺ κεχηνὸς, quæ expositio et apud alios invenitur; quum tamen Hesych. ut supra docui, tradens α nonnunquam denotare τὸ μέγα, in exemplum afferat hoc vocabulum. Verum eodem res redit, quum τὸ ἐπὶ πολὺ κεχηνὸς, esse μέγα necesse sit. Quod autem ad ἄξυλος attinet, junctum cum nomine ὕλη ap. Homerum, (Il. Λ. 155. Ὡς δ' ὅτε πῦρ ἀΐδηλον ἐν ἀξύλῳ ἐμπέσῃ ὕλῃ), quamvis Harpocration, dicens ἄβιον esse τὸν πολὺν βίον κεκτημένον, addat, tale esse quale est ἄξυλος ὕλη ap. Homerum pro * πολύξυλος, quamvis item Scholiastes Apollonii ἀστεγὲς (ἀσταγὲς) esse dicat pro πολυστεγὲς (πολυσταγὲς), B sicut ἄξυλος pro πολύξυλος, quamvis denique alii quoque Scholiastæ ἐπιτατικοῦ α mentionem facientes, hoc ἄξυλος, tanquam et pervulgatum et minime dubium ejus significationis exemplum afferant; aliam tamen huic vocabulo significationem quosdam tribuisse sciendum est: et in eorum numero esse Porphyrium, ut docebo suo loco, i. e., inter vocabula quæ ex nomine ξύλον per compositionem sunt facta.[9]

[1] "Prima in ἀθάνατος semper est longa, tam in Dramaticis, quam Epicis Poetis. Splendide igitur erravit Brunckius, quum contra Codd. MSS. auctoritatem, corrigendos putarit versus Aristophanis, Ran. 629. Av. 1224. Acharn. 53. Cur non eandem medelam adferre voluit ad Acharn. 47. et Thesmoph. 1052.? Confer Porsonum ad Phœn. 139, 140." Maltbius ad Morelli Lex. Gr. Prosod. p. 24.

[2] Draco de Metris p. 11.: Ἀθάνατος, τὸ ᾱ μακρὸν τῆς στερήσεως τὸ ᾰ ἀεὶ ἐν συστολῇ παραλαμβάνεται πλὴν τούτοιν ἀθάνατος, ἀκάματος. Idem p. 120.: Ἀθάνατος δὲ, καὶ ἀπάλαμνος, καὶ ἀκάματος ἐκτείνουσι τὸ ᾱ διὰ τὰς ἐπαλλήλους τέσσαρας βραχείας, αἵτινες οὐ πίπτουσιν εἰς ἡρωϊκὸν μέτρον. "Antepenultima vocis ἄληκτος brevis esse debet; sed nullum alium locum apud Poetas offendi, in quo v. occurrit, præter ista a Morello et a me adducta" (nempe Soph. Trachin. 986. et Hom. Od. M. 325. Il. I. 632., quibus exemplis adde Il. B. 452. Λ. 12. Ξ. 152.) "In his omnibus α producitur, vi liquidæ sequentis." Maltbius l. c. p. 53. "In vocum quarundam plusquam trisyllabarum pede priori apud Græcos, præsertim cum syllabæ primæ vocalis sit ᾰ vel ῐ, adeo parum in pronunciando tribrachyn inter dactylumque interest, ut uterque potuerit legitime usurpari. Scilicet in voce, ἀθάνατος, ἀκάματος, ἀπονέεσθαι, ἀγοράασθε, Πριαμίδης, et similibus." Clark. ad Il. A. 398. Cf. Hermanni Elem. Doctr. Metr. p. 43. ed. nov.

[3] "Ἀννέφελος. Aristoteles Lib. de Mundo cap. 6. legit ἀνέφελος, quod et ferri posset. Vide ad Il. A. v. 398. (l. c.)" Clark. "Sic olim in Codd. scriptum fuisse, dubitationem non habet. Sed pronunciando tamen duplicata est litera. Quanquam Eustathius primam etiam produci posse ait, ut in ἀθάνατος, ἀκάματος." Ernesti.

[4] Ex Aristoph. Πολυείδῳ. Suidas: Ἔρημον ἐμβλέπειν, ἀκίνητον καὶ νωθρόν· οἷον, ὅταν εἰς ἐρημίαν ἢ πέλαγος μέγα καὶ ἀχανὲς ἐμβλέπωμεν· Ἀριστοφάνης Πολυείδῳ. Cf. Zenob. Proverb. ix. 9. Idem articulus extat in Etym. M. p. 378. 17. ed. Sylburg., ubi male editur βλέπωμεν pro ἐμβλέπωμεν. Zonaras p. 363.: Ἀχανὲς πέλαγος· τὸ λίαν κεχηνός.

[5] "In Etym. M. p. 619. 10., pro Οἰσπώτη, ὀπλὴ προβάτου, legendum videtur κόπρος προβάτου, tametsi etiam propugnat MS. Codex Leidensis, quem innuit Veteris sui Lexici appellatione H. Stephanus in Thes. Gr. Ling. T. ii. p. 1250. c." Kœn. ad Gregor. Cor. p. 543. "Secundum Valckenaerium ad Ammonium p. 128. H. Stephanus per Vetus Lexicon suum interdum etiam Ammonium intelligit. Causa hæc est, quod Etymologicum Leidense, pariter ut Sorbonicum et Parasinum, plurimos Ammonii articulos complectitur." Bast. l. c.

[6] In Cod. Ven., teste Schow, scribitur πολὺν, ut vulgo editur. Hesych.: Νήχυτον· πολύ. "An in πολὺ utroque loco subintelligendum χυτὸν, ut passim apud Hesych.? Sed rem non urgeo." Albertius. "Ἀχνητὸν Hesych. affert pro δαψιλὲς, ἄφατον, "πολὺ, ἄφθονον," H. St. Thes. Ind. "Ἀχνητὸν est pro ἀχύνετον, ut censent Is. Voss. et Kust." Albertius. Zonaras p. 364.: Ἀχύνετον· πολύχυτον. Schol. Apollon. R. iii. 530.: Νήχυτον ὕδωρ· τὸ πολύχυτον. τὸ γὰρ νη καὶ στέρησιν σημαίνει καὶ ἐπίτασιν. Καὶ ἀχύνετον ὕδωρ, τὸ πολὺ κατὰ Ἴωνας καὶ Σικελιώτας. Διονύσιος· Πλαζομέναις ἵνα λύσσαν ἀχύνετον ἧκα βαλοῦσα. Etym. M. p. 183. 7. ed. Sylburg.: Ἀχύνετον· σημαίνει τὸ πολύ. Νίκανδρος, ἔνθα, Πῦρ μὲν ἀείζωον καὶ ἀχύνετον ἔτρεσεν ὕδωρ· τὸ πολύχυτον καὶ πολὺ ἐκζέσαν πῦρ, εὐλαβεῖται τὸ ὕδωρ· ὁπηλίκον γὰρ ἐὰν ᾖ, σβέννυσι τὸ ὕδωρ. ἐγράφη δὲ τὸ ᾱ κατ' ἐπίτασιν, ὡς ἄξυλος. ἀπὸ τοῦ χέω, χύω, χύνω, * χύνετον, καὶ ἀχύνετον.

[7] In Schol. Cod. Paris. nuper a Schæfero edit. est: Τὸ δὲ ἀστεγὲς, ἀντὶ τοῦ πολυστεγῶς· τὸ γὰρ ᾱ ἐπιτατικὸν, ὡς τὸ ἄξυλος ὕλη. "Addendum Lexicis dicerem, nisi corrigendum esse videretur * πολυσταγῶς, quo adverbio Lexica perinde carent." Schæfer. "Ab Hesychio ἀσταγὲς redditur πολὺ καὶ λάβρον, quodque Suidas in Epigr. legit, Ἀσταγὲς ὕδωρ interpretatur per τὸ πολυσταγές. Ex Nicandri Ther. v. 308. Ἀσταγὲς αἷμα protulit ad Suidam Kusterus, qui restituit Apollonio R. iii. 804.—(δάκρυα) δ' ἔρρυεν ἀσταγὲς, noveratque id ipsum dudum ante monitum a Casaubono in Lectt. Theocr. p. 269. Hujus immemor, ut suum, quale erat, dedit id ipsum Jan. Rutgers. V. L. i. 3." Valcken. ad Theocr. Adoniaz. p. 228.

[8] "Hinc illud alii sumserunt. Hesych.: Ἄβιος· πλούσιος, ὡς Ἀντιφῶν ἐν Ἀληθείας α'. Sic legendum, vel β', probabilis est Maussaci conjectura." Valcken. ad Theocriti Adoniaz. p. 215. In Cod. Ven., teste Schow, est: Ἄβιος· πλ. ὡς Ἀντιφῶν ἐν
θ
ἀλή. Pro πλούσιος Henrico Valesio legendum videtur * πολύβιος, e Glossis Herodoteis, in quibus est: Ἄβιος· ὁ πολύβιος, ὡς ἄξυλος ὁ * πολύξυλος. At Antiphontem voc. Ἄβιον usurpasse non pro πολύβιον, i. e. longævum, sed pro πλούσιον, patet ex Harpocrationis verbis: Ἄβιος· τὸν ἄβιον Ἀντιφῶν ἐπὶ τοῦ (sic dedit Aldus e Codd.) πολὺν βίον κεκτημένου ἔταξεν, ὥσπερ Ὅμηρος ἄξυλον ὕλην λέγει τὴν πολύξυλον, i. e. Pro illo, qui multas opes possidet. "Sophistam Antiphontem verbis et nominibus novam sæpe vim indidisse significandi adparebit Harpocrationem conferenti in vocibus, Ἀγνεύετε τὴν πόλιν, Ἀνδρεία, Ἀπαθῆ, Ἀχαριστεῖν, Δεήσεις, Ἔμβιος, et Ἐπαλλάξεις." Valcken. l. c.

[9] "Schol.: Ἀξύλῳ· * καταξύλῳ, * πολυξύλῳ· τὸ γὰρ α νῦν οὐ κατὰ στέρησιν, ἀλλὰ κατ' ἐπίτασιν. Eustath. p. 778. 1.: Εἴη δ' ἂν πάντως καὶ ἡ ἀξύλευτος, * πολύξυλος, εἰσαγούσης τῆς στερήσεως ἐπίτασιν, καὶ, ὡς εἰπεῖν, πλουτιζούσης τῇ ἐνδείᾳ, quæ satis sunt arguta: mallem e Lexicis suis, quæ periere, quædam aliunde ignota nobis excerpsisset, Homerici ἄξυλος similia; sed, ut verum fatear, in Homerico melior mihi vulgata Porphyrii videtur interpretatio. Eustathius: Ἄξυλος ὕλη—κατὰ Πορφύριον, ἀφ' ἧς οὐδεὶς ἐξυλεύσατο. Sylvam vocant Poetæ nemorosam: ἄλσος, Callim. H. in Cererem v. 27., Δένδρεσιν ἀμφιλαφές· διά κεν μόλις ἤνθεν ὀϊστός. Ἤνθεν est e Codd.; vellem ἔνθοι dedissent e more Callimachi: nemus, Ovid. Met. viii. 418., Quod nulla ceciderat ætas. Quod si nihil esset, præter Homericum ἄξυλος, ut solet id unum ferme hanc in rem proferri, dubitari certe posset de ista literæ α potestate. Sed dantur hujus generis multo plura, quam vulgo existimantur. Illa, cum hæc scribenti sint ad manum, hic a me proponentur. ἈΒΛΗΧΡΟΣ. Orion Thebanus Etymol. MS. Ἀβληχρόν· δύναται τὸ α κατ' ἐπίτασιν σφόδρα ἀσθενές. Βληχρὸν γὰρ τὸ ἀσθενὲς, ἀπὸ τῆς τῶν προβάτων φωνῆς· τὸ γὰρ βληχρὸν ἐπ' αὐτῶν εἴρηται. πολλάκις δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ἰσχυροῦ τάττεται τὸ βληχρὸν, ὡς εἶναι παρὰ τὸ βάλλειν εἰς γῆν. ποτὲ δὲ καὶ τὸ ἀναιρεῖν, ὡς δύνασθαι τὸ ἀσθενὲς δηλοῦν, καὶ πάλιν τὸ ἰσχυρὸν, τοῦ α ἀναίρεσιν καὶ ἐπίτασιν δηλοῦντος. οὕτως εὗρον ἐν τῷ περὶ Παθῶν Ἡρωδιανοῦ. Hæc contraxit, Orionem laudans, Etym. M. A in ἀβληχρὸς fuit, non ἐπιτατικὸν, sed, me judice, ut in multis, otiosum sive πλεονάζον. [Vide Schol. Ven. p. 198. ἈΓΑΛΑΚΤΟΣ, v. nos infra v. Ἄσημος.] ἌΓΟΝΟΣ. Hesych.: Ἄγονον· πήγανον ἢ πολύγονον. Non tantum sterile et infœcundum dicebant ἄγονον, sed et

A geminatum in voce ἀάσχετος, (Homer. Il. E. 892., Μητρός τοι μένος ἐστὶν ἀάσχετον, οὐκ ἐπιεικτὸν, Il. Ω. (708.) πάντας γὰρ ἀάσχετον ἵκετο πένθος,) priore quidem loco ἐπιτατικὸν, posteriore autem στερητικὸν esse existimatur. In hac voce, inquit Eustath. (ad Il. E. p. 618. 36.): Ἐν οἷς αὐτὸς ὁ Ζεὺς ἀάσχετον λέγει τὸ μένος ἐκείνης καὶ οὐκ ἐπιείκτον, εἰ καὶ ὑπ' αὐτοῦ σπουδῇ δάμναται ἐπέεσσι· διασαφητικὸν δέ ἐστι τοῦ ἀάσχετον, τὸ ἐπιεικτὸν, εἴπερ καὶ ταὐτὸν σχέσθαι καὶ εἴκειν. οὐ δύο δὲ στερήσεις ἔχει τὸ ἀάσχετον κατὰ τὸ ἀάατον. οὐ γὰρ ὥσπερ ἀάατόν ἐστιν ὅτε τὸ ἀτηρὸν, οὕτω καὶ ἀάσχετον τὸ * σχετόν. ἀλλὰ τὸ μὲν πρῶτον α ἐπιτείνει, τὸ δὲ δεύτερον στερεῖ· ὡς δηλοῦν τὸ ἄγαν ἀκατάσχετον. (Idem ad Il. Ω. p. 1372. 9.: Τὸ δὲ ἀάσχετον ἀντὶ τοῦ λίαν ἄσχετον, πρὸς διαστολὴν λέγεται τοῦ μὴ λίαν ἀσχέτου ὁ ποῖος καὶ ὁ γόος οὗ αἶψα κορεννύμεθα. καὶ ἔστι καὶ ἡ τοιαύτη λέξις, * τρισύνθετος, εἰ καὶ μὴ κατὰ τὰ δυσαριστοτόκεια, μὴ δὲ κατὰ τὸ πανάποτμος, καὶ δυσάμμορος, καὶ παναώριος, ἀλλά γε κατὰ τὸ ἀάατος.) Hesych. tamen ἄσχετον et ἀάσχετον itidem exponit ἀκατάσχετον. (Zonaras p. 1.: Ἀάσχετος· ὁ ἀκράτητος. ἀπὸ τοῦ σχῶ, σχήσω, ἔσχηκα, ἔσχεμαι, ἔσχεσαι, ἔσχεται, σχετὸς, καὶ ἄσχετος, καὶ πλεονασμῷ τοῦ α ἀάσχετος.)

A in quibusdam vocibus vel ἐπιτατικὸν vel ἀθροιστικὸν esse posse censetur. Exemplum autem vide in iis quæ proxime sequuntur.

A ἀθροιστικὸν etiam in quibusdam vocibus appella-

quicquid generationem impediret; contra πολύγονα et fœcunda, et quibus vis inesse videretur genitalis. ἈΓΥΜΝΑΣΤΟΣ. Hesych.: Ἀγυμνάστοις· πολυγυμνάστοις. ἈΔΑΚΡΥΤΟΣ. Pro πολυδάκρυτος positum a Sophocle Scholiastæ monuerunt in Trach. v. 107. et in Antig. v. 893. ubi Antigone, Τὸν δ' ἐμὸν, ait, πότμον ἀδάκρυτον Οὐδεὶς φίλων στενάζει. Hoc ab aliis Grammaticis adnotatum non opinor. ἈΔΡΑΣΤΕΙΑ. Cornutus de N. D. c. xiii. in fine: Ἀδράστεια, ἤτοι παρὰ τὸ—ἢ τοῦ στερητικοῦ μορίου νῦν τὸ πολὺ * ἐπιδηλοῦντος—* πολυδράστεια γάρ ἐστι. Non attigit illud Auctor Etymol. M.: attigit Scholiast. ineditus in Platonem. ἌΕΔΝΟΣ. Hesych.: Ἄεδνον· * ἄφερνον, ἢ πολύφερνον. * ἈΖΑΛΗΣ. Hesych.: Ἀζαλές· * πολύπνουν καὶ * ὀλιγόπνουν. Quid illud sit, minus liquet. Si recte scriptum est, certe quod paulo post legitur, Ἀζαλέον· ἄγαν ζέον, θερμὸν, ἢ ξηρὸν, partim ex errore natum ipsius Grammatici: ἀζαλέον est ξηρόν. Sed altera explicatio, ἄγαν ζέον, θερμὸν, pertinet ad vocem longe diversam Αἰζαὸν, qua ratione Dorienses scripsisse vocem videntur satis Poetis usitatam αἰζηόν. Hesych.: Αἰζηοί· νεανίσκοι, οἱ τῷ αἵματι ζέοντες, ἢ οἱ ἄγαν θερμοὶ, καὶ θυμώδεις. Etym. M. p. 31. 56.: Αἰζηός· ὁ ἀεὶ ζέων, καὶ ἀκμάζων κατὰ τὴν ἡλικίαν etc. Iterum Hesych.: Αἰζαόν· τὴν μέσην ὥραν. [Recte se habet Hesychii glossa Viro summo suspecta: Ἀζαλές· πολύπνουν καὶ ὀλιγόπνουν. Ἄζαλης enim est, ut Guyetus putat, ab α et ζάλη, quod eidem Hesychio est συστροφὴ ἀνέμων μεγάλων, μετὰ ὄμβρου πνοή. Æschyli Prom. 379., πυρπνόου ζάλης: Agam. 658. ζάλῃ * ὀμβροκτύπῳ. "Ἀζάλη, Hes. est νήνεμος γαλήνη, tranquillitas ventis furentibus carens. Vox compos. ex α privativo et ζάλη. Sed forsan pro γαλήνη scribendum γαληνή, præsertim quum post νήνεμος apud eum sit hypodiastole. Et tunc adjectivum esset pro ἄζαλος, hoc est, Procellis et tempestatibus nullis agitatus, Tranquillus. Quidam interpr. etiam Multis procellis et ventis tempestuosis agitatus, Qui valde a tempestatibus vexatur: tribuentes τῷ ᾱ ἐπίτασιν." H. St. Thes. Ind. "Ἄζημοι Hes. πνοαί, Flatus, venti," H. St. In Cod. Ven. legitur, Ἄζιμοι· πνοαί, in margine tamen Codicis a librario adjunctum est, Ἄζημοι· πνοαί. "Αἰζητὸν Hes. exponit πνευστικὸν καὶ πυρῶδες, flatulentum et igneum, pro quo infra αἰητὸν habemus," H. St.] ἌΖΕΙΡΟΣ. Hesych. (et Zonaras): Ἀζείρου· ἀζώστου, ἢ * πολυζώστου. [Etym. M. p. 22. 56. Phavor. Suid. et Zonaras p. 55.: Ἄζειρον· τὸ * ἀποίκιλτον. ζειρὸν γὰρ τὸ ποικίλον ἢ τὸ ἄχρωστον. Pro ἄχρωστον Kusterus ἄζωστον recte conjecit.] Zonam s. cingulum Ζειρὰν etiam vocabant veteres, ut et χιτῶνα ἀνεκεκοιλαμμένον, prout mihi scripsisse videntur Grammatici. Eustath. in Il. A. p. 772. 51.: Ζεῖρα—σημαίνει, φασι, ζώνην, καὶ χιτῶνα, καὶ χλαμύδα, ἣν μέχρι καὶ ἐσάρτι παραφθείροντες οἱ Λυκιανοὶ * Ἡμίζαρον λέγουσιν. Sed ἡμίζαρον dixisse suspicor Lyciacos recentiores τὸ σιμικίνθιον, semicinctium, quo tunicam præcingebant. Nisi apud Eustath. nusquam ἡμίζαρον legerat Ducangius. [Quid sibi velit vir doctus per χιτῶνα ἀνεκεκοιλαμμένον, nescimus. Zonaras p. 954.: Ζειράς· χιτῶνας ἀνεκεκωλαμένους ἢ ἀνακώλους. "Suidas, Timæus in Lex. Plat. et Phavorinus, ἀνακεκολαμμένοι: sic etiam Cod. K. Sed dubio caret, legendum ἀνακεκολλωμένους, ut Etymologus habet." Tittmann. Ἀνακεκολλωμένους Tittmann. calami errore scripsit pro * ἀνακεκολπωμένους, ut legitur in Etymologi loco, ad quem nos remittit. Timæus p. 129.: Ζειραί· χιτῶνες ἀνακεκολλαμμένοι. "Detergenda labes est, quam glossæ interpretatio suscepit. Scribe, ut ap. Etym. M. p. 410. 20. ἀνακεκολπωμένοι, pro ἀνακεκολλαμμέναι. Qui magnam hujus Glossarii partem descripserunt, Photius et Suidas, non minus vitiose exhibent ἀνακεκολαμμένοι. Χιτὼν ἀνακεκολπωμένος est tunica in sinum replicata, ἀνάκωλος, ut ab iisdem Grammaticis recte exponitur." Ruhnken. Vide Schleusnerum ad Phot., qui Ruhnkenii conjecturam recepit.] ἈΚΡΟΤΗΤΟΣ. Hesych.: Ἀκρότητα· * πολυκρότητα αὐτοῖς γενόμενα, ὥστε μηδὲ συγκροτεῖσθαι μηδὲ συμπεσεῖν ἀκρότης. In his Kustero res minus feliciter successit. Primum hinc separetur † Ἀκρότης, initium sequentis notæ. Deinde sic locum restituendum arbitror: Ἀκρότητα· πολυκρότητα τοῖς (φθόγγοις) γενόμενα, ὥστε μηδὲ συγκροτεῖσθαι, μηδὲ συμπεσεῖν. Pertinent ista ad versum Cratini, qui huc usque latuit apud Athen. iv. p. 164. f., Μέλη πάραυλα, κἀκρότητα κύμβαλα. Intelliguntur absona carmina, et cymbala sonos edentia dissonos atque adeo immodulatos. ἈΚΥΜΩΝ. Hesych.: Ἀκύμονος· πολυκαμάτου ἢ πολυκύμονος. * Πολυκυμάντου corrigi debebat, non πολυκυμάτου, [Cod. Ven. habet, πολυκύμωνος.] Sic dicebatur a κυμαίνειν, ut ἀκύμαντος. Quod forte quis miretur legi in Græco ad Estheræ caput iii. additamento, (eleganter scripto, ut sunt istius interpolatoris omnia), ficta scilicet Artaxerxis Epistola, v. 15. ἐβουλήθην—τοὺς τῶν ὑποτεταγμένων ἀκυμάντους διαπαντὸς καταστῆσαι βίους. * Ἀκυμάτους Cod. Alex. dat. [Similis est confusio inter ἀπέραντος et ἀπέρατος. 3 Macc. ii. 9. Κτίσας τὴν ἀπέραντον (Alex. ἀπέρατον) καὶ ἀμέτρητον γῆν. Adverbium * ἀκυμάντως legitur ap. Zonaram p. 116.] * ἌΞΥΝΟΣ. Hesych.: Ἄξυνος· ἀκοινώνητος, πολύξενος. Editori confudisse Grammaticus videtur Ἄξυνος cum Ἄξεινος, vel Ἄξενος. Mallem hanc vocem admovisset vitiosæ Ἀκείνης, quæ supra redditur ἀκοινώνητος. Hoc Ἀκείνης et centena vitiosa referens ex Hesychio H. Stephanus in Indicem Thesauri, se longe minus eruditos, Lexicorum consarcinatores in fraudem induxit sua unius auctoritate. Ἀκείνης Græcum esse nego: ὁ ἀκοινώνητος dictus fuit Ἄξενος, sed et dici commode potuit Ἄξυνος. [Ruhnkenio (ap. Albert. ad Hes. in Auctario Emendd.) legendum videtur * Ἀκοίνης, pro Ἀκείνης.] ἌΠΥΡΟΣ. Quæ per orbem furens vagabatur, Io in Æschyli Prom. v. 877., Ὑπό μ' αὖ σφάκελος καὶ φρενοπληγεῖς Μανίαι θάλπουσ', οἴστρου δ' ἄρδις Χρίει μ' ἄπυρος. Schol. Ἄπυρος· * πολύπυρος, διὰ τὸ σφοδρὸν καὶ πολὺ τοῦ πάθους. Hæc imago Schultensio placuit, ubi Jobum suum nobis pingit ad mentem iniqui censoris igne sacro, qui non sufflaretur, consumendum p. 540., et ἄρδιν ἄπυρον egregie reddit telum non igne humano, sed divino, sæviens. [Ἄπυρος pro sine igne ponitur in Æschyli Agam. 71., notante Blomfieldio.

ἌΣΗΜΟΣ. Erotianus, notante eodem: Ἀσήμοις τόποις· κατ' ἀντίφρασιν, πολυσήμοις. ὡς καὶ Ἀγαλάκτοις, πολυγαλάκτοις, καὶ Ἀξύλῳ ὕλῃ. Πολυσήμους δὲ λέγει τόπους ἐπί τε φλεβῶν καὶ ἀρτηριῶν καὶ νεύρων. Pro τόπους MS. D. τόμους, in margine tamen τόπους: τόμους quoque Eust.] ἈΣΠΕΡΧΗΣ. Homeri sunt loquendi formæ, Ἀσπερχὲς κεχολῶσθαι, Ἀσπερχὲς μενεαίνειν, aliæque harum similes. Verbum σπέρχεσθαι, in scriptis Ionicis significans irasci, proprie notabat propellere et festinare; Ἀσπερχὲς, cum notare potuisset σχολαίως, tarde, semper adhibetur ab Homero, et paucis aliis, pro οὐ σχολαίως, atque adeo per ἀδιαλείπτως, ut redditur a Grammaticis. Etymologus: Ἀσπερχές· ἀδιαλείπτως, τοῦ α κατ' ἐπίτασιν, τουτέστι τὸ ἄγαν ἐσπευσμένον, παρὰ τὸ σπέρχω. Eustath. in Hom. Il. Δ. p. 336. 7., Ἔστιν ἀσπερχὲς τὸ * πολυσπούδαστον, ὃ περισπερχὲς λέγει ὁ Σοφοκλῆς, κατ' ἐπίτασιν καὶ αὐτός. Eadem et plura dat in Od. A. p. 12. 11., Ἀσπερχὲς, κατ' ἐπίτασιν, τὸ * πολυσπερχὲς, καὶ ἐντρεχὲς, Σοφοκλῆς δὲ αὐτὸ περισπερχὲς λέγει. In Aj. 999. Sophocles περισπερχὲς πάθος dixit: e multis, quæ prostant ibi in Scholiis, pauca tantum Suidas excerpsit in voce, quam attigit Dorvill. in Misc. Obs. ix. p. 116. ἈΣΤΑΓΕΣ, et ἈΣΤΑΚΤΙ, quamvis, me judice, huc non pertineant, et vere α habeant στερητικὸν, secundum Grammaticos tamen veteres in hunc censum sunt referenda. Ab Hesychio ἀσταγὲς redditur πολὺ καὶ λάβρον, quodque Suidas in Epigr. legit, ἀσταγὲς ὕδωρ interpretatur per τὸ πολυσταγές. Ἀστακτὶ—Στένοντες est in Sophoclis Œd. Col. 1642, S. e Scholiis, πολυστακτὶ, * πολυδακρύτως Suidas, ut solet illinc sua, descripsit. Platonis Phædon, cum poculum venenatum, sibi semper et animo et vultu constans, velut hinc illinc abiturus, ebibisset Socrates, Ἐμοῦ γε, ait p. 117. c., βίᾳ καὶ αὐτοῦ ἀστακτὶ ἐχώρει τὰ δάκρυα, ut ap. Suidam incertus, ἔκλαιεν ἀστακτὶ, scripsit Ælian. N. A. x. 17., Κλαίοντες ἀστακτὶ καὶ ἀμέτροις τοῖς δακρύοις. * ἌΣΤΟΝΟΣ. Cymbam Charontis, τὴν * νεκυάμβατον [Pausan. x. 28.], dixisse videri potest Æschyl. S. c. T. 864., Τὰν ἄστονον, * μελάγκροκον, θεωρίδα. Mihi vero placet illic altera lectio vetus ἄστολον. Schol. Ἄστονον, ἤτοι * κακοστένακτον ἢ Ἄστολον, καὶ κακῶς ἐσταλμένην. Hesych.: Ἄστονον· ἀμπὸν, * μεγαλόστονον. Pro voce nihili, ἀμπὸν, poni illic ex emend. Is. Vossii potuerat ἄλυπον. Ductuum similitudo in ΑΥ, ΑΙ, et Μ, permultos errores in libris antiquis peperit. * ἌΤΡΥΤΟΣ. Sophocles Aj. 799.—ἀρτίως πεπαυμένην Κακῶν ἀτρύτων. Schol. Ἀτρύτων· * πολυτρύτων, πάνυ κακούντων, atque adeo πολὺ τρυόντων. [ἌΦΩΝΟΣ, canorus, Ælian. H. A. v. 9. V. Class. Journ. xxviii. p. 290.]

ἈΧΑΝΗΣ. Ex usu literæ vulgari Ἀχανὲς est non hians, non hiscens, atque adeo mutus. Sed Ἀχανὲς etiam dixerunt quicquid valde hiaret sive vastum esset et profundum. Primo aspectu non satis liquet, ista quid sibi velint Suidæ, ex Atticista nobis perdito ducta: Ἔρημον ἐμβλέπειν, ἀκίνητον καὶ νωθρόν· οἷον, ὅταν εἰς ἐρημίαν ἢ πέλαγος μέγα καὶ ἀχανὲς ἐμβλέπωμεν. Ἀριστοφάνης Πολυείδῳ. Sopingii sententiam recte rejicit Piersonus, sed Suidæ notam, sine dubio vitiosam, juvenis elegantissimus non intellexit. Grammatici verba fuerunt, Ὅταν εἰς ἐρημίαν, ἢ πέλαγος μέγα καὶ ἀχανὲς ἐμβλέπωμεν. Fingamus jam in Polyïdo, qua fabula forsan irridebat Euripidis Polyïdum, qui Sophocleis magis abstinuit, Aristophanis fuisse verba, horum certe similia: —πέλαγος εἰς ἔρημον ἐμβλέπων—(ὁ μάντις) ἀκίνητος (μένει) Καὶ νωθρός. De augure hæc dici potuere Polyïdo, qui stans in Cretæ litore prospectabat in vastum mare immobilis, exspectans an auguralis ales e terra mare supervolaret, an contra hinc devolaret in terram; illinc scilicet ratum auspicium facturus. In Euripidis Dramate idem augur exclamabat Polyïdus:—ἔα, ἔα. Ὁρῶ γ' ἐν ἀκταῖς νομάδα * κυματότροφον, Ἁλιαίετον· τὸν παῖδα χερσεύει μόρος." Valcken. ad Theocr. Adoniaz. pp. 213—34.

tur. q. d. coacervativum, seu collectivum, veluti in ἅπας, i. e. omnis: quod α alioqui vacare hoc in nomine dici potest, quum illo omisso dicatur πᾶς eadem significatione. Scio tamen posse etiam videri prius esse ἅπας quam πᾶς, et hoc ex illo factum, detracto α, sed id minime fit mihi verisimile. Eustath. (ad Il. A. p. 16. 30.) tradens Atticos ἀθροιστικὰ vocabula aspirare solitos, in exemplum affert ἅλα, et ἅπας, et ἅλις: unde etiam quosdam nomen ᾅδης, sed hoc ridiculum mihi videtur, existimasse aspirari, facta ex αἴδης contractione, διὰ τὴν ἐν αὐτῷ ἄθροισιν τῶν ψυχῶν. Quod autem α semper aspirari dicitur quum est ἀθροιστικὸν, id in nomine ἀολλέες nequaquam verùm comperitur: quare vel excipiendum hoc fuerit, vel dicendum α in eo non ἀθροιστικὸν esse, sed ἐπιτατικόν. Addam et alia de hac voce in sequenti sermonis hujus tmematio.

A vel ἀθροιστικὸν, vel ἐπιτατικὸν in nonnullis vocabulis esse posse existimatur. Eustathius (p. 641. 61.) in hunc versum Homeri, Il. Z. (270.) Ἔρχεο σὺν θυέεσσιν, ἀολλίσσασα γεραιάς, annotat, ex eo α quod sit ἐπιτατικὸν, vel ex eo quod ἀθροιστικὸν sit, posse esse non solum ἀολλέες, significans οἱ ὁμοῦ ἠθροισμένοι καὶ συνειλημμένοι, quo in loco reponendum esse existimo συνειλημένοι cum simplici μ, sed etiam verbum ἀολλίζω. Supervacaneum tamen fuit verbi ἀολλίζω mentionem facere: quum enim ἀολλίζω ex ἀολλέες esse manifestum sit, spiritum nominis ἀολλέες in verbo ἀολλίζω, quod ab eo derivatur, servari debere nemo negare posset. Idem (ad Il. B. p. 179. 21.) alibi ἀολλέες esse annotat Homero quod Herodoto (i. 196. ii. 63. iii. 13. iv. 184. vii. 104. 157. 211. 225. viii. 23.) ἁλέες. Hoc autem derivari fortasse a verbo ἁλίζω, unde esse et ἅλις. Ceterum annotavi paulo ante ex eodem, Atticos gaudere aspiratione in vocabulis ἀθροιστικοῖς, quibus illud ἅλις annumeratum fuit. Quod certe pro iis non faciet qui α in voce illa ἀολλέες vocare ἀθροιστικὸν malent. Sed ego ut ἀολλέες, licet tenuatum, posse vocari ἀθροιστικὸν puto non minus quam ἐπιτατικὸν, ita vicissim ἅπας, quamvis aspiratum, non minus ἐπιτατικὸν quam ἀθροιστικόν.

A illi ἀθροίσεως significationi vicinam habet eam qua pro ἅμα ponitur: ut in ἄβρομοι pro ἅμα βρόμῳ, et αἴαχοι sive αὐίαχοι pro ἅμα ἰαχῇ, ap. Homerum (Il. N. 41.): sic tamen ut aliter etiam exponantur hæ voces.

A ut ἅμα in quibusdam vocibus, ita etiam ὁμοῦ in nonnullis significare traditum est. Plato certe hujus significationis exempla affert ἀκόλουθος et ἄκοιτις, dicta esse tradens pro * ὁμοκέλευθος et * ὁμόκοιτις. Ejus verba sunt, in Cratylo (c. 22.), ubi de Apollinis nomine disserit: Κατὰ δὲ τὴν μουσικὴν δεῖ ὑπολαβεῖν, ὥσπερ τὸν ἀκόλουθόν τε καὶ τὴν ἄκοιτιν, ὅτι τὸ α σημαίνει πολλαχοῦ τὸ ὁμοῦ, καὶ ἐνταῦθα τὴν ὁμοῦ * πόλησιν καὶ περὶ τὸν οὐρανὸν, οὓς δὴ πόλους καλοῦσι, καὶ τὴν περὶ τὴν ἐν τῇ ᾠδῇ ἁρμονίαν, ἣ δὴ συμφωνία καλεῖται. Et paucis interjectis, ὥσπερ οὖν τὸν ὁμοκέλευθον καὶ ὁμόκοιτιν, ἀκόλουθον καὶ ἄκοιτιν ἐκαλέσαμεν, μεταβάλλοντες ἀντὶ τοῦ ο, α· οὕτω καὶ Ἀπόλλωνα ἐκαλέσαμεν, ὃς ἦν * ὁμοπολῶν, ἕτερον λ ἐμβάλλοντες, ὅτι ὁμώνυμον ἐγίγνετο τῷ χαλεπῷ ὀνόματι. Hæc ille. Sed in his nominibus nihilo minus, meo quidem judicio, dicere possumus α declarare ὁμὸν, i. e. idem, quam ὁμοῦ. Ut autem hoc dicam, movent me cum alia, tum vox ἄλοχος, quæ quum illi ἄκοιτις synonyma sit, itidemque uxorem significet, in ea tamen α esse potius ὁμὸν quam ὁμοῦ, vel hic locus Hesiodi (in Theog. v. 508.) testari videtur,— καὶ ὁμὸν λέχος εἰσανέβαινεν. Rationi enim magis consentaneum videtur ut ὁμόλοχος, pro quo dictum esse aiunt illud ἄλοχος, resolvatur in ὁμὸν λέχος ἔχουσα quam in ὁμοῦ λέχος ἔχουσα: quod possit aliqua ὁμοῦ λέχος ἔχειν, cui alioqui ipsum λέχος minime commune sit. Quæ tamen non ita dico quasi illud ὁμοῦ excusari non possit. De ἀδελφὸς autem, in quo Hesychius vult α significare itidem ὁμοῦ, verba faciam in proxime sequente tmematio. Sed quod ad illa duo vocabula attinet ἄκοιτις et ἄλοχος, sciendum est Porphyrium in Lib. quem Ὁμηρικὰ Ζητήματα inscripsit, ab iis longe dissentire qui in illis α indicare putant ὁμοῦ. Se enim credere ait ἄκοιτιν et ἄλοχον proprie appellatam fuisse eam quæ virgo esset, tanquam videlicet λέχους ἑτέρου μὴ μετασχοῦσα μηδὲ κοίτης, unde ab Homero (Il. H. v. 392.) dici κουριδίην ἄλοχον: sed postea per catachresin de aliis quoque uxoribus usurpata hæc nomina fuisse. Ego hæc vero non prorsus absimilia mihi videri dico: quam tamen addit rationem, ex eo quod Homerus κουριδίην ἄλοχον appellet, infirmam esse nec minus pro altera etymologia facere judico. Cur enim κουριδίην discriminis causa additum esse minus credibile sit?

A indicat interdum et ὁμοιότητα, i. e. similitudinem vel ἰσότητα, i. e. æqualitatem. Eustath. (ad Il. B. p. 196. 27.) ἀτάλαντον apud Hom. (Il. B. v. 169.), ubi Ulyssem vocat Διὶ μῆτιν ἀτάλαντον, esse dicit τὸν οἷον ἰσόσταθμον: hic enim α denotare ἰσότητα, ut tradiderunt veteres: vel ὁμοιότητα, sicut in voce ἀδελφός. Quæ quum scribit Eustath. videtur omnino intellexisse ἀδελφὸς dici tanquam ὁμόδελφος, non ad ὁμοῦ et δελφὺς, sed ad ὁμὸς et δελφὺς respiciens: ut nimirum ἀδελφὸς dictus sit quasi ὁμὸς δελφύϊ, i. e. κατὰ τὴν δελφύν: aut certe, quasi cui fuerit ὁμὴ δελφύς. Tunc enim merito dicetur α declarare ὁμοιότητα, quippe quum ὁμὸς sonet ὅμοιος. Hesychius tamen, ut antea docui, vult α significare ὁμοῦ in isto vocabulo: sicut et in ἄκοιτις, in ἄλοχος, in ἀκόλουθος, significationem hanc illi tribui dictum est. Sed in his vocibus parvi referre fateor utrius vocabuli significationem habere velimus α: at vero ἀδελφὸς si dicatur esse pro ὁμόδελφος ab ὁμοῦ et δελφὺς, hac etymologia decipi poterit aliquis, utpote qui ἀδελφὸν arbitraturus sit vocari eum non simpliciter qui in eadem matrice, est enim proprie δελφὺς matrix, seu qui in eodem utero: sed eum qui una cum alio in matrice fuerit, i. e. gemellum. Idem vero et de ἀγάστωρ dici potest, quod sonare ὁμογάστωρ (s. ὁμογάστριος, Eustath. ad Od. Δ. p. 1479. 28. Ἀλέκτωρ καὶ ἡ ὁμόλεκτρος καθὰ καὶ ἀγάστωρ ὁ ὁμογάστριος,) traditur, estque itidem fratris appellatio, plane ejusdem generis. Quod si quis tamen in his pertinaciter tueri velit α esse ὁμοῦ, at certe in ἀγάλακτες, quod itidem pro ὁμογάλακτες poni perhibetur, a pertinacia desistere cogetur. Miretur forsan aliquis me has minutias tam accurate persequi, et subtilius fortasse quam par sit, examinari a me ista arbitretur: sed sciat quasdam esse grammaticas nugas quæ ad seria nos ducunt. Quasdam dico: quippe qui alioqui multas grammaticorum plane nugatorias minutias tanto prosequar odio ut majore nullus. Dum vero in illis sunt occupati, alia quæ ad seria ducere nos possunt, vel omnino prætermittunt, vel tam negligenter atque oscitanter tractant, ut multis quæ opponere illis possint, relinquant. Equidem, etiamsi hic longior jam fuisse videri possim, pauca tamen, ne quam rudiori lectori dubitationem relinquam, addere cogor: nimirum, quum dicitur α præfixum huic vel illi voci valere ὁμὸς, sonare potius Latine Idem quam Similis. Neque enim ὁμόλοχος, vel ὁμόκοιτις, per quod exponuntur ἄλοχος et ἄκοιτις, est quæ simili lecto utitur, sed quæ eodem.

Quod autem attinet ad α significans ἰσότητα, exemplo illi, quod affert Eustathius, addi potest ἄπεδον: hoc enim exponi etiam ἰσόπεδον, suo videbis loco.

A illis quæ proxime præcedunt significationibus, ac præsertim illi qua dicitur declarare ἄθροισιν, contrariam habet eam qua μόνωσιν indicat. Hujus autem significationis meminit Eustath. ad Il. Γ. (p. 402. 35. et ad Od. A. p. 1428. 29.) de Ἀμαζόνων nomine loquens, et dicens quibusdam placuisse Ἀμαζόνας dictas esse tanquam * μονομάζους, cujus etymologiæ meminit etiam in Commentariis in Dionysium τὸν Περιηγητὴν, quod seipsas una ex mammis mutilas redderent; in Comment. illis in Dionys. dicit, quia dextra mamma illis adhuc infantibus adurebatur; ne in emittendis arcu sagittis obstaculo illis esse posset, addit, Literam autem α significare interdum μόνωσιν quoque, apparet etiam ex nomine ἁπλοῦν, quod sonat μόνον πέλον, i. e. ἕν, quasi quis dicat

ἁπλοῦν: ad differentiam ejus quod dicitur διπλοῦν. Hæc ille, cui fidem adhibebit qui volet: mihi certe ista etymologiarum commenta parum fide digna videntur, quamvis eas apud Etym. (p. 123. 1.) quoque extare non ignorem. Parva enim est apud me ejus auctoritas, et parvam in plerisque apud alios quoque esse debere, suis locis docebo.

A significans ὀλίγον, vel μικρὸν, vide supra inter illa quæ περὶ τοῦ στερητικοῦ α disserui. Ibidem habes et illud, quod particulæ δυς locum obtinere existimatur.

A significans etiam κακὸν in nonnullis vocabulis reperitur: ut in ἄβουλος et ἀβουλία apud Sophoclem; hæc enim in quodam ejus loco exponi κακόβουλος et κακοβουλία, docebo, quum de illorum significatione agam. Sic et ἄδωρα δῶρα apud eum (in Ajace v. 665.) significare putantur * κακόδωρα. Itidemque apud Homerum (Il. O. v. 14.) ἀμήχανε Ἥρη quidam expos. κακομήχανε: et ἀβάκχευτον θίασον apud Euripidem (Orest. 319. ed. Beck.), * κακοβάκχευτον. Quibus addi potest ἄξεινος, ex auctoritate enarratoris Apollonii (L. ii. 548.): nam in hac voce α significare τὸ κακὸν scribit; ideoque ἄξεινον sonare κακόξεινον. Addi denique potest et ἀφυής: interdum enim pro κακοφυὴς accipi creditum est. Tunc autem apte reddetur, Qui est malæ indolis: meliusque vis ejus exprimetur quam interpretando Malus, vel Perversus. Sed et pro μικροφυὴς accipi, ex Eustathio supra docui. Ceterum quemadmodum α privativum, i. e. cui alioqui privandi vis proprie convenit, interdum τὸ κακὸν significat, ita vicissim apud Latinos adverbium Male privationem nonnunquam indicare sciendum est: præsertimque apud poetas, et ex poetis Ovidium præsertim: hunc enim præ quovis alio ista adverbii hujus significatione gaudere animadverti. Reperiuntur certe apud alios Male sanus pro Insanus, suntque et illo solutæ orationis scriptores interdum usi, Male fidus pro Infidus, quibusdam autem Malefidus itidemque Malesanus conjunctim scribere placuit, Male amicum, pro Inimicum, Male concordes pro Discordes: apud Ovid. autem leges etiam Male formosa pro Non formosa, Deformis, Male fœcunda pro Infœcunda, Male firma pro Infirma, Male fortis pro Non fortis, Male sobrius pro Non sobrius, et alia quædam. Adhibendum tamen est judicium iis in locis in quibus adverbio isto utitur: quoniam nonnulli sunt ubi hunc usum habere videri possit, quum longe alium habeat. Hoc quoque ignorandum non est, quibusdam placere in Male sanus adverbium Male sonare Parum: sed ut dem illis, quibusdam aliis adjectivis junctum, significationem istam habere; at cum isto non facile illud significare credidero. Ceterum, quod mirum alicui fuerit, ut alicubi poni pro Parum, ita vicissim pro Valde aut Nimis usurpari existimatur: ac certe non male quibusdam Horatii præsertim locis significatio ista convenire videtur. Possitque credi hunc usum adverbio Male tribuisse, exemplo Græci adverbii κακῶς. Nam et hoc pro Valde positum observavi, sed cum verbis potius quam cum nominibus. Jam vero, quandoquidem enim in hunc sermonem incidi, progredi longius libet, quemadmodum quum Græcis α privativum, i. e. quod proprie vim privandi obtinet, interdum τὸ κακὸν significet, Latinis vicissim adverbium Male privandi vim alicubi habere ostendi: ita quoque quum α, quod alioqui privativum est, nonnunquam Græcis idem valeat quod ὀλίγον, ut supra docui de α privativo agens, Latinos vice versa adverbio Parum nonnunquam vim privandi tribuere dico; et quidem tam cum verbis quam cum nominibus. Exempla proferrem, nisi finem huic sermoni tandem imponendum esse, et lectorem aliqua reperire posse existimarem.

A esse πλεοναστικὸν censetur, i. e. supervacaneum, seu poni κατὰ πλεονασμὸν, ubicunque nullum ex præcedentibus usum habet, vocabulo cuipiam præfixum. Non solum autem quibusdam nominibus, sed et verbis præfixum πλεονάζει. Nominibus, ut Ἄσταχυς pro στάχυς, Ἀσταφὶς pro σταφίς. (Eustath.
A ad Il. B. p. 194. 3. et ad Il. K. p. 799. 37.) Sic Ἀστεροπὴ pro στεροπὴ poni testatur Eust. (ad Il. Θ. p. 705. 63.) Sic Ἄνηστις pro νῆστις usurpatum a Cratino (in Dionysalexandro) tradit Athen. (ii. 47. Οὐ γάρ τοι σύ γε πρῶτος φοιτᾷς ἐπὶ δεῖπνον ἄνηστις. Suidas: Ἄνηστις· ὁ γεγευμένος, καὶ Ἄνηστις ὁ νῆστις λίαν παρὰ Κρατίνῳ ἐν Διονυσαλεξάνδρῳ. Hesych.: Ἄνηστις· ἀντὶ τοῦ νῆστις, προσκειμένου τοῦ ᾱ, ὡς ἀσταφίς.) Sic etiam Ἀσπάλαξ pro σπάλαξ dictum fuisse nonnulli scribunt. (Etym. M. p. 161. 7.) Quidam vero et in Ἀσφοδελὸς literam hanc abundare putarunt: dici enim et σφοδελός. (Eustath. ad Od. Λ. p. 1698. 21. Hesych. v. Σφόδελος. Sic Ἀαζὼν et Ἀλαζὼν: Hesych. Ἀαζών· ὁ ἀλαζών. V. Valck. in Diss. de Byrsa p. 30. Σφάραγος et Ἀσφάραγος: Hesych. Σφάραγος· βρόγχος, τράχηλος, λαιμὸς, ψόφος. V. Eustath. ad Il. X. p. 1272. 9. * Χερωΐς, et Ἀχερωΐς: Hesych. Χερωΐς· εἶδος δρυός. Ἀχερωΐς· δένδρον γένος ἀκάρπον, λεύκη. V. Schol. ad Il. N. 389. et ad Π. 482.) Verbis autem præfixum vacat, ut
B Ἀσπαίρω pro σπαίρω, (Eustath. p. 416, 34. 947, 11. 1164, 30.) Ἀλαπάζω pro λαπάζω (Eustath. p. 65, 26. 423, 39. 836, 61. 1413, 4.). Qui vero itidem Ἀμαυρόω pro μαυρόω dici existimant, longe falluntur; non enim est pleonasmus literæ α in ἀμαυρόω, sed ejus elleipsis est in μαυρόω: sicut in μαῦρον pro ἀμαυρὸν, (Eustath. p. 1608. 58.) Idemque fortasse et aliis quibusdam vocibus usuvenire potest, ut nimirum in iis abundare litera α existimetur, quum potius alteri vocabulo, quod eam non habet, deesse dicenda sit.

Accentum autem retinent interdum vocabula quibus α præfixum est, sive πλεοναστικὸν, sive aliquem usum ex iis habens qui enumerati fuerunt; interdum mutant. Retinent, ut ἀνάξιος, ἀστεροπή, ἀσταφίς: mutant, ut ἀνέραστος, ἄσταχυς, ἄνηστις.

De α usum præstante unius ex partibus orationis, et ita quidem ut una illarum et censeatur et sit.

A interdum, præter eos usus de quibus dictum est,
C alios etiam habet; fungitur enim aliquando vice unius ex partibus orationis, vel potius una illarum est: sed assumto accentu cum spiritu, aut saltem spiritu, et eo quidem aspero. Interdum enim articulus est, interdum pronomen, nonnunquam adverbium. Primum autem de articulo.

Ἁ articulus est præpositivus linguæ Doricæ, cum spiritu aspero, additum non habente accentum: pro ἡ, frequens Theocrito: ut initio primi Idyllii, (v. 6.) ἁ χίμαρος. Sic apud Moschum (i. 1.) Ἁ Κύπρις τὸν Ἔρωτα τὸν υἱέα μακρὸν ἐβώστρει. Et apud Bionem, (iii. 1.) Ἁ μεγάλα μοι Κύπρις ἔθ' ὑπνώοντι παρέστα. GENIT. Τᾶς pro τῆς. Itidemque DAT. Τᾷ pro τῇ.

Ἃ autem cum accentu articulus est postpositivus, neutrius generis, pluralis numeri, pro Quæ: cujus usus passim exempla occurrunt. Sed interdum ἃ pro ὧν, interdum pro δι' ὧν usurpatur. Pro ὧν affert Suid. ex Med. Euripidea, (v. 758. ed. Beck. ubi vide Jos. Barnes.) Πράξασ' ἃ μέλλω, καὶ τυχοῦσ'
D ἃ βούλομαι: quia dicitur τυγχάνω τούτου, non τοῦτο. Verum ita fortassis excusari possit ille accusativus ut dicatur referri ad βούλομαι, at τυχοῦσα jungi cum genitivo subaudito ἐκείνων: hoc modo, καὶ τυχοῦσα ἐκείνων ἃ βούλομαι. Illud autem ἃ pro δι' ὧν apud Thuc. positum testatur ejus Schol. in quodam 4 libri loco. Præterea ut dicitur Ἔστιν οἳ ad verbum Est qui, pro Sunt qui, i. e. Aliqui, vel Quidam: sic in gen. NEUTRO Ἔστιν ἃ pro Aliqua, Quædam: cum apud alios, tum apud Thucyd. non raro: ut ἔστιν ἃ εἰπεῖν βουλόμενοι. Et, ἔστιν ἃ παρεχόμενος ἄλλα, ap. eundem, Alia quædam. Item, τῆς τε ἄλλης Ἑλλάδος ἔστιν ἃ χωρία. Item, καὶ ἔστιν ἃ οὐ καλῶς ἐξηγούμενοι. Item particula γὰρ interjecta inter ἐστὶ et ἃ: ubi scribit, ἔστι γὰρ ἃ καὶ αὐτὸς ἐνεκάλει ἐκείνοις. Dicitur ETIAM Ἔσθ' ἃ: ut a Demosth. in Timocr. (p. 701. 28. ed. Reisk.) ὥσθ' ὁ μὲν Εὐκτήμων εἰς χρήματα ἔσθ' ἃ κακῶς ἔπαθεν. Affertur ἃ redditum et adverbio: ἃ δέ ἐστι τῆς ἑορτῆς, Quatenus ad festum attinet.

Quemadmodum item dicitur Ὃς μὲν, ὃς δὲ, pro Alius quidem, Alius vero: in singul. NEUTRO, Ὃ μὲν, ὃ δὲ, Aliud quidem, aliud vero, (ut Matth. xiii. 8., ἄλλα δὲ ἔπεσεν ἐπὶ τὴν γῆν τὴν καλὴν· καὶ ἐδίδου καρπὸν, ὃ μὲν ἑκατὸν, ὃ δὲ ἑξήκοντα, ὃ δὲ τριάκοντα,) sic in plur. ἃ μὲν, ἃ δὲ, Alia quidem, alia vero. Interdum redditur etiam, Partim quidem, Partim vero. Phalar. in Epist. (ii.), ἀφικόμενος εἰς Ἱμέραν ἀναγκαίας ἕνεκα πραγματείας, ἤκουσα τῶν Στησιχόρου θυγατέρων ποιήματα λυριζουσῶν, ἃ μὲν αὐτοῦ Στησιχόρου γεγραφότος, ἃ δὲ τῶν παρθένων ἴδια. Ex Plut. affertur et ἃ δὲ, præcedente τὰ μέν: ubi scribit, τὰ μὲν ἐνδίδωσιν, ἃ δ' ἐπιτείνει, (Vol. vi. p. 203. 9. ed. Reisk. qui reposuit, τὰ δὲ, sed male.)

Ἃ pronomen possessivum, pro ἑὰ, Sua: ut τὰ ἃ πρὸς δώμαθ' ἕκαστος, ap. Homerum (Od. B. 258.). Idem Odyss. Ξ. (153.) ἐπεί κεν ἐκεῖνος (κεῖνος) ἰὼν τὰ ἃ δώμαθ' ἵκηται. Sic ὃς pro ἑὸς etiam ponitur.

A autem adverbium non eodem ubique spiritu nec eodem accentu notatur, sed pro significatione modo hunc modo illum spiritum itidemque accentum accipit. Dicam autem primum de ᾇ, quod est motus adverbium.

Ἆ motus est adverbium apud Dores, significans Quo. Theocr. ὁ δ', ᾇ πόδες ἆγον, ἐχώρει, quo pedes ducebant, ibat. Qui Theocr. locus extat in calce idyllii, quod inscriptum est Hylas (xiii. 70.): Ἡρακλῆα μένοντες· ὁ δ', ᾇ πόδες ἆγον, ἐχώρει,· Μαινόμενος. Existimo autem aptissime redditum iri hoc loquendi genus ex Horat. (Epod. xvi. 21.) ille pedes ibat quocunque ferebant. Ita enim Latinus hic poeta dixit, Ire pedes quocunque ferent: ad Græcum hoc loquendi genus, ut credibile est, respiciens. Extat hoc ᾇ et in alio Theocriti loco, ᾇ πόδες ἆγον: nimirum in idyllio quod illud proxime sequitur, estque Κυνίσκας Ἔρως inscriptum (xiv. 41.): Ὠκυτέρα μαλακᾶς ἀπὸ δίφρακος ἔδραμε τῆνα Ἰθὺ δι' ἀμφιθύρου (ἀμφιθύρω) καὶ δικλίδος, ᾇ πόδες ἆγον. Utroque in loco Scholiast. ᾇ exponit ὅπου. Constat certe significationem hanc in his locis obtinere istud adverbium ᾇ: sed quum alibi, ubi alium usum habet, dici possit respondere adverbio ᾗ, facta duntaxat mutatione Dorica, non video quomodo idem hic dicere possimus, quum ᾗ talem usum nusquam habeat, quod sciam. Potius ergo peculiarem illi dialecto hunc usum esse existimandum est. (Gaisfordius in Theocriti locis edidit, ᾇ pro ᾇ.) Ἆ apud eundem poetam longe alium usum habet, ubi ᾇ τάχος pro κατὰ τάχος usurpat: ita enim exponit ejus Scholiastes, addens subaudiendum esse imperativum ἔρχου. Existimo autem istud ᾇ esse pro illo ᾗ, quod superlativo jungi solet: constat enim interdum dici ᾗ τάχιστα, ᾗ ῥᾷστα, &c., atque perinde fuerit, ut opinor, ac si pro ᾗ τάχιστα diceretur ᾗ τάχος. At vero exponendi alteram lectionem ὦ τάχος, quam editiones quædam habent, et nominatim Aldina atque Germanica, rationem inire nullam possum.[1] Locus ille Theocriti extat in fine idyllii, cui titulum fecit Κυνίσκας Ἔρως (xiv. 68.) Quod autem ibi quædam scholiorum editiones habent καθὰ τάχος, non dubium est quin ex errore id contigerit, et vera lectio sit κατὰ τάχος.

Ἆ est etiam adverbium similitudinis apud Homerum, Il. Z. (443.) Αἴκε, κακὸς ᾇ, νόσφιν ἀλυσκάζω πολέμοιο. Sed hic pro ᾇ vulgares editiones habent ὥς: ac certe utriusque lectionis meminit Eustath. (p. 654. 46.) Estque observandum, ut hic quædam exemplaria habent ὣς pro ᾇ, sic ὦ τάχος in loco Theocriti pro ᾇ τάχος habere, ut modo annotatum fuit.

Ἆ admirativum est, ut inquit Suidas, afferens hunc ex Agathiæ Epigr. (xxxviii.) versum, Ἆ μέγα νηλειὴς[2] κηρὸς ἀνεπλάσατο (ἀπεπλάσατο): qui versus nondum mihi occurrit in Anthologia Græcorum Epigrammatum:[3] sed hic, qui a quibusdam sedem illius occupasse creditur, Ἆ μέγα νηλειής, ἔσβεσεν ἀγλαΐην. Extat autem l. iii. p. 259., meæ editionis, (et n. xxxix. ed. Jacobs.) in Epigrammate quod Agathias in imaginem cujusdam adolescentis immatura morte prærepti scripsit. Non videtur certe satis convenire versus ille qui a Suida affertur, quem tamen quidam hujus locum obtinere putant, uti dixi, cum præcedentibus Epigrammatis verbis: ita enim clauditur,—πᾶς δὲ τεὴν εἰκόνα δερκόμενος Τὴν ἄδικον μοῖραν καταμέμφεται, οὕνεκα τοίην, Ἆ μέγα νηλειής, ἔσβεσεν ἀγλαΐην. Præterea, quod Suidas dicit ᾇ esse θαυμαστικὸν, huic loco non quadrat: potius enim σχετλιαστικὸν esse liquet. Ceterum quamvis hoc in loco scripserim ᾇ cum spiritu aspero, Suidam sequens, tenuatum tamen esse in omnibus quæ in manus meas venerunt editionibus profiteor. Atque hanc scripturam auctoritate Eustathii tueri possumus, ut infra docebo. Suidas certe hoc diserte tradit, voculam hanc, quum est ἐκπλήξεως, tenuari: at quum est θαυμαστική, aspirari. Verum et hoc mirum videri possit, quod utrobique illam geminat: quum ᾇ ᾇ nullo modo legi possit in versu quem affert, sed semel tantum ᾇ. Quinetiam merito suspectam quis habeat in hoc Suidæ loco fidem librarii, quod ex Aristoph. (in Pluto v. 1052.) afferatur ἃ ἃ in significatione ἐκπλήξεως: et paucis interjectis addatur, καὶ τοῦτο μὲν, ἐκπλήξεως ὂν ψιλοῦται· τὸ δὲ ᾇ ᾇ θαυμαστικὸν, δασύνεται. Si enim Suidas vocem istam in significatione ἐκπλήξεως accentu illo notasset, post δασύνεται addere hic debuisset; nec dubium est quin addidisset, καὶ περισπᾶται. Circumflexum certe in ipsis quoque editionibus Aristophanis habet.[4]

Ἆ autem cum tenui et circumflexo alios usus habet. Initium sumam ab eo qui Homero frequentissimus est: nimirum, cum vocativis δειλὲ et δειλοί: ubi vocandi adverbium esse tradit Eustathius. Quoniam porro frequentissime ap. Homerum occurrunt hæc VERBA, Ἆ δειλὲ, sed Ἆ δειλ' ob sequentem vocalem scribitur, et Ἆ δειλοὶ, interdum et Ἆ δειλώ, et diversum in diversis locis usum habent: pluscula proferre exempla libet, deinde de horum verborum significatione, ut φιλομήρῳ lectori gratificer, disserere. Legimus igitur Il. A. v. 441. Ἆ δειλ', ἦ μάλα δή σε κιχάνεται αἰπὺς ὄλεθρος. Et paulo post, (v. 452.) Ἆ δειλ', οὐ μέν σοί γε πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ Ὄσσε καθαιρήσουσι θανόντι περ, &c. Atque ut hic subjungitur particula οὐ illis verbis, sic alibi οὐδέ: ut Il. Π. v. 837. Ἆ δειλ', οὐδέ τοι ἐσθλὸς ἐὼν χραίσμησεν Ἀχιλλεύς. Item Il. P. v. 200. Κινήσας

[1] "Vitiosum est ὦ ed. Ald. ᾇ genuinum." Valcken.

[2] In Kusteri Editione legitur τολμήεις, non νηλειής, ut H. Stephanus exhibet. Suidam scripsisse τολμήεις patet e glossa ad v. Σκοπῶν, ubi idem versus affertur.

[3] "Sensus hujus fragmenti petendus est e v. Σκοπῶν: locum integrum apponam, Ἄσκοπον, Ἀγγελίαρχον, ἀσώματον, εἴδεϊ μορφῆς Ἆ μέγα τολμήεις κηρὸς ἀνεπλάσατο. Unde apparet, fragmentum hoc intelligendum esse de cera, in qua imago Dei ab artifice erat expressa. Ceterum, unde Suidas Epigramma hoc depromserit, investigare non potui. Nam non solum in Anthologia Epigrammatum edita illud frustra quæsiveris, sed nec in inedita id a me lectum esse memini." Kuster. "Epigramma hoc, quo carent Buherii et Guieti libri, edidit ad Charitonem Dorvillius p. 551." Brunck. "In Suida male ἃ (pro ᾇ) exhibetur, et ἀνεπλάσατο. Hanc lectionem Kusterus malebat, quam lect. Cod. ἀπεπλάσατο." Jacobs.

[4] De hac Nostri observatione silet Kusterus in Notis ad Suidam. Aristophanis locus est: Γρ. Ἆ, ἆ, Τὴν δᾷδα μή μοι πρόσφερ'. Χρ. Εὖ μέντοι λέγει. Scholia: Ὡς τοῦ νεανίσκου προσφέροντος τὴν δᾷδα αὐτῇ, τοῦτο λέγει· ἔστι δὲ ἐπίῤῥημα ἐκπλήξεως, καὶ κελεύσεως. "Ἐπιφώνημα, ἐπίῤῥημα ἐκπλήξεως. C. D'O. ἐπίῤῥημα ἐφεκτικόν. C. LB. In illo macula sequenti versui adspersa, in quem scilicet compingere voluit librarius exclamationem ᾇ ᾇ, nec in altero nihil est eandem ob causam peccatum: sed hæc tanti non sunt, ut commemorentur. Uterque servat accentum circumflexum: verum operæ pretium est audire, quæ Suidas e vetustioribus vel scholiis ad hunc locum, vel Grammaticis exposuit: Ἆ ἆ παρ' Ἀριστοφάνει ἐπίῤῥημα μετ' ἐκπλήξεως καὶ παρακελεύσεως. Ἆ ἆ, τὴν δᾷδα μή μοι πρόσφερε. τὸ ἆ ἆ κατὰ διαίρεσιν ἀναγνωστέον, οὐ καθ' ἕνωσιν· ἀλλὰ καὶ ψιλωτέον ἀμφότερα. Εἰ γὰρ ἓν μέρος λόγου ἦν, καὶ κατὰ σύναψιν ἀνεγινώσκετο, οὐ χρείαν εἶχε τῶν δύο τόνων, ἤτοι τῶν δύο ὀξειῶν· καὶ τοῦτο μὲν ἐκπλήξεως ὂν ψιλοῦται· τὸ δὲ ᾇ ᾇ θαυμαστικὸν δασύνεται. Hæc, optimæ notæ, sunt eo magis probanda, quia Scholiastes ad v. 1043. monuit esse κῶλον ἰαμβικὸν μονόμετρον βραχυκατάληκτον. Considera vero, an scribi præstet ἆ ἇ, sicuti fere v. 896." T. Hemsterh. Cum his conferenda sunt quæ H. Stephanus infra p. 26. de adverbio ᾇ ᾇ scripsit.

ῥα κάρη ποτὶ ὃν μυθήσατο θυμὸν, Ἆ δεῖλ', οὐδέ τι τοι θάνατος καταθύμιός ἐστιν, Ὃς δή τοι σχεδόν ἐστι. A Quinetiam particula illa ἦ, quam habuisti subjunctam hisce duobus verbis, in versu quem primum protuli, in aliis quoque versibus subjuncta itidem reperitur: ut in alio ejusdem poematis loco, (Odyss. Σ. v. 388.) Ἆ δεῖλ', ἦ τάχα τοι τελέω κακόν· οἷ' ἀγορεύεις. Alicubi post ἦ ponitur et δή. Il. Ω. (v. 518.) Ἆ δεῖλ', ἦ δὴ πολλὰ κάκ' ἄνσχεο σὸν κατὰ θυμόν. Alicubi subjungitur particula τί: ut Il. P. (v. 442.) Κινήσας δὲ κάρη, ποτὶ ὃν μυθήσατο θυμὸν, Ἆ δειλὼ, τί σφῶϊ δόμεν Πηλῆϊ ἄνακτι Θνητῷ; Sic Odyss. Φ. (v. 86.) Ἆ δειλὼ, τί νυ δάκρυ κατείβετον; Itidemque ejusdem poematis libro Υ. v. 350. (351.) Ἆ δειλοὶ, τί κακὸν τόδε πάσχετε; νυκτὶ μὲν ὑμέων Εἰλύαται κεφαλαὶ, &c. Est autem hic versus, ille ipse cujus initium affert Suidas, sed mendose scriptum: hoc videlicet modo, Ἆ δειλή τι κακῶν. Sic cum adverbio interrogativo πόσε legitur Od. K. (v. 431.) Ἆ δειλοὶ, πόσ' ἴμεν; τί κακῶν ἱμείρετε τούτων; Alicubi post ἆ δειλοὶ positus est alius nominativus, seu B positi sunt alii nominativi, et in sequente versu particula ὡς: ut Il. Λ. v. 815. Ἆ δειλοὶ, Δαναῶν ἡγήτορες ἠδὲ μέδοντες, Ὣς ἄρ' ἐμέλλετε τῆλε φίλων καὶ πατρίδος αἴης Ἄσειν ἐν Τροίῃ ταχέας κύνας ἠδ' οἰωνοὺς (imo, κύνας ἀργέτι δημῷ;) Invenitur denique ἆ δειλὲ et sequente genitivo: ut ἆ δειλὲ ξείνων, (Odyss. Ξ. v. 361.) de quo usu alius erit dicendi locus: nunc de particula ista ἆ dicendum est, simulque de nomine quod illi adjungitur in hisce tot versibus quos in exempla attuli. Prius tamen quæ ab Eustathio de hac particula scribuntur, proponam. Vult ille ἆ hic esse vocandi adverbium, majorem habens emphasin magisque poeticum quam ὦ: et succensentibus atque perterritis, item minitantibus esse frequens. Idem alibi scribit ἆ vocem esse hominis quiritantis, aut admirantis, vel commiserantis. Sed ipsamet illius verba afferam. In hunc igitur Od. Ξ. (v. 361.) Ἆ δειλὲ ξείνων, ἦ μοι μάλα θυμὸν ὄρινας, Ταῦτα ἕκαστα λέγων ὅσα δὴ πάθες ἠδ' ὅσ' ἀλήθης, ista annotat, ἰστέον ὅτι τὸ ἆ, κλητικὸν C ἐπίῤῥημα ὂν, καθὰ καὶ τὸ ὦ, ἔχει πρὸς τῇ κλήσει, ὡς πολλαχοῦ φαίνεται, καί τινα πλείω ἔμφασιν, ἐπὶ σχετλιασμῷ ἢ θαύματι, κατὰ τοὺς παλαιοὺς, ἢ καὶ ἄλλως οἴκτῳ. Quibus addit, particulam αἲ itidem dici interdum *δυσφορικὴν, nonnunquam *μεμπτικήν. Idem in istum versum Il. Ω. (v. 518.) Ἆ δεῖλ', ἦ δὴ πολλὰ κάκ' ἄνσχεο σὸν κατὰ θυμὸν, annotat, ἐν δὲ τῷ, ἆ δειλὲ, κλητικὸν συνήθως ἐπίῤῥημα τὸ ἆ, οὐ μόνον ποιητικώτερον τοῦ ὦ, ἀλλὰ καὶ θυμουμένοις καὶ ἐκπληττομένοις καὶ ἀπειλοῦσι σύνηθες. Ego autem non lubenter hanc particulam adverbium vocandi appellaverim, licet casui quem vocativum grammatici nominant, itidem jungatur, atque adeo miror Eustathium, quum illi significationes illas tribueret, hoc nomine appellandum censuisse: quid enim tale significat ὦ, quod vocandi adverbium esse constat? Nequaquam igitur particula ô, quæ Latinis est vocantis adverbium, ut Græcis ὦ, interpretandum esse censuerim: sed quum est quiritantis aut commiserantis, D nunc enim sequor significationes quas ille grammaticus ei tribuit, aliqua harum interjectionum, Ah, Hei, Hem: quum perterriti ac perturbati, itidem vocula Hem, vel Eho: quum admirantis, Vah, aut rursus Eho; nam hæc interjectio modo perturbationem, modo admirationem indicat. Verum ut jam non ex Eustathii judicio pendeamus, sed ipsimet vim hujus particulæ perspiciamus, considerandi sunt ii quos attuli Homeri loci. Dico igitur δειλὲ in illis, duobus modis usurpari, sicut nostrum vocabulum *Miserable*: quum enim proprie hæc vox dicatur de eo cujus vicem dolemus, aut etiam deflemus, interdum et præfixa voce alia dicentes, *Pauvre miserable*, sæpe tamen eodem illo verbo compellamus eum quem graviter increpamus, et quidem minitando etiam nonnunquam. Idemque et de voce *Malheureux* dici potest. At vox Latina Infelix non itidem usum utrumque habet, quod sciam: nec altera illi synonyma, Miser. Ubi igitur ἆ δειλὲ dicitur deflendo sortem alicujus, ut in illo loco Il. Λ. (v. 815.) Ἆ δειλοὶ, Δαναῶν ἡγήτορες &c., nam et ipse poeta hæc esse τοῦ ὀλοφυρομένου verba testatur, versu isto qui illum proxime præcedit, Καί ῥ' ὀλοφυρόμενος ἔπεα πτερόεντα προσηύδα, reddi poterit Heu miser, vel Ah miser. Valla certe vim illorum verborum, Ἆ δειλοὶ, Δαναῶν ἡγήτορες, aliis verbis aliaque orationis forma non male expressisse videtur: ita interpretans, O indignum casum luctuosamque fortunam principum Achivorum: hoccine fato venerunt ut &c. Sic etiam in hoc versu Il. Ω. (v. 518.) Ἆ δεῖλ', ἦ δὴ πολλὰ κάκ' ἄνσχεο σὸν κατὰ θυμόν. Sic et in aliis plerisque locis. At vero quum verba illa sunt ejus qui stomachatur, qui temeritatem vel ignaviam hostis sui increpat, qui illi illudit, qui denique illi insultat, tunc ἆ δειλὲ interpretari Heu miser, vel Ah miser, nullo modo rationi consentaneum esset. Talis autem locus est ille, (Il. Λ. 452.) Ἆ δεῖλ', οὐ μὲν σοί γε πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ Ὄσσε καθαιρήσουσι θανόντι περ, ἀλλ' οἰωνοὶ Ὠμησταὶ ἐρύουσι, περὶ πτερὰ πυκνὰ βαλόντες. Nam hæc verba proficisci ab eo qui ἐπεύχεται, ipsemet Homerus testatur hoc hemistichio,—ὁ δ' ἐπεύξατο δῖος Ὀδυσσεύς. Itidem certe ἐπευχομένου verba erant paulo ante hunc locum, (v. 441.) Ἆ δεῖλ', ἦ μάλα δή σε κιχάνεται αἰπὺς ὄλεθρος. Ἤτοι μέν ῥ' ἔμ' ἔπαυσας ἐπὶ Τρώεσσι μάχεσθαι· Σοὶ δ' ἐγὼ ἐνθάδε φημὶ φόνον καὶ κῆρα μέλαιναν Ἤματι τῷδ' ἔσσεσθαι, &c. In quibus locis interpretandis Valla non itidem ut in illo cujus mentionem feci paulo ante, judicium adhibuit. In priore enim loco vertit Infelix, in posteriore Miser, omissa interpretatione particulæ ἆ. At ego contra, si ex duabus vocibus altera prætermittenda fuisset, vocativum quam illam voculam omittere maluissem. Nam vel sola particula Vah stomachantis verba esse indicasset. Sed quoniam prætermittendus ille vocativus non est, quo tandem Latino vocabulo in hujusmodi locis eum interpretabimur? Non dubito quin ei ex reliquis duabus significationibus altera dari debeat, nimirum ut reddatur Ignave, aut Improbe, seu Nequam: nam δειλὸν improbum etiam significare, suo loco ostendam. Alioqui certe in hujusmodi locis peculiaris quæpiam significatio nomini isti tribuenda esset.

Ἆ admirantis est ap. Antiphilum Anthol. Epigr. l. i. p. 84. meæ editionis. (Brunckii Anal. T. ii. p. 177.) Ibi enim primi duo versus Epigrammatis sunt hi, quibus Antiphilus admiratur simul et laudat apum in conficiendo melle industriam: Ἆ καλὸν, αὐτοπόνητον ἐν αἰθέρι ῥεῦμα μελισσῶν, Αἱ πλασταὶ (Ἄπλαστοι) κηρῶν (χειρῶν), * αὐτοπαγεῖς θαλάμαι· Προίκιος ἀνθρώπων βιότῳ χάρις. Sed quædam exemplaria habent ἃ, non ἆ.[1]

Ἆ exclamantis cum gaudio, vel potius præ gaudio, videtur esse apud Agathiam scholasticum, Anthol. Epigr. l. vi. p. 419. Εἶπε δὲ καὶ χαίρων ὁ γεωπόνος, Ἆ τάχα Βάκχῳ Λοιβῆς καὶ θυέων μικρὸν ἔδωκα γέρας, (n. lix. in Jacobsii Anthol.)

Ἆ exclamantis est, non itidem præ gaudio, sed contra præ dolore, atque adeo quiritantis, seu commiserantis: ut ap. eund. Agathiam, in hoc quem supra attuli loco,—οὕνεκα τοίην, Ἆ μέγα νηλειής, ἔσβεσεν ἀγλαΐην. Ita enim scriptum esse in omnibus editionibus, quamvis Suidas cum aspero scribat, admonui antea.

Ἆ sequente particula μὴ, adverbium est ἐπιτιμητικὸν, quod sonat q. d. increpativum. Aristoph. in Pluto, (v. 127.) Ἆ, μὴ λέγ', ὦ πόνηρε, ταῦτ': ubi

[1] "Ἆ καλὸν, insolentius hujus carminis initium. Nec tamen propterea probaverim conjecturam Jos. Scaligeri ἄσκαλον, quod cum voce ῥεῦμα non congruit. 'Codd. omnes et edd. antiquæ αἱ πλασταὶ χειρῶν. Primus Stephanus κηρῶν. Aliam emendationem tentavi, ἀπλάστῳ χειρῶν, manibus hominum non fictæ, sed quas sibi ipsæ construunt apes, cellæ.' Brunck. Sed tum saltem scribendum, ἄπλαστοι δὲ χειρῶν. Scaliger in Not. MS. χείων conjecit, quod in hoc contextu non satis intelligo. Huetius p. 10. ἃ πλασταὶ κηρῶν. Mihi Brunckii emendatio magis probatur. Ceterum Vat. Cod. οἱ, non αἱ πλασταὶ exhibet." Jacobs.

Schol. ἐπίῤῥημα ἐπιτιμητικὸν (C. D'O. ἐπίῤῥημα τοῦτο ἐκπληκτικὸν,) esse annotat. In vulg. Lex. scriptum est ἆ, non ἄ: sed perperam, ut ostendit etiam Platonis locus, eandem scripturam eundemque usum habens: in Hippia Majore, (p. 101. e. ed. Læmar. A. 1590. T. xi. p. 34. ed. Bipont.) Ἆ, μὴ μέγα ὦ Ἱππία λέγε· ὁρᾷς ὅσα πράγματα ἡμῖν ἤδη παρέσχηκε· μὴ ὀργισθὲν ἡμῖν ἔτι μᾶλλον ἀποδρᾷ. (Ubi vide Scholia p. 134. ed. Lug. Bat. 1800.)

Ἆ est etiam optantis adverbium, idem valens quod εἴθε, i. e. Utinam, ut testantur non solum Hesychius et Suidas, sed Eustathius quoque non uno in loco: additque veteres hujus significationis exempla proferre. (Eustath. ad Od. Ξ. p. 1763. 60., Ὅτι δὲ τὸ ἆ ψιλούμενον καὶ περισπώμενον καὶ ἀντὶ τοῦ αἴθε λαμβάνεται, δῆλον ἐκ τῶν παλαιῶν, οἳ καὶ χρῆσιν εἰς τοῦτο παράγουσιν. Idem ad Od. Κ. p. 1664. 4., Ἐν οἷς τὸ μὲν ἆ σχετλιαστικόν ἐστι κλητικὸν ἐπίῤῥημα λαμβανόμενόν ποτε καὶ ἀντὶ τοῦ αἴθε, οὗ καὶ χρῆσιν παράγουσιν οἱ παλαιοί.) Afferunt certe Hesychius quoque et Suidas locum Callimachi in hujus significationis exemplum: sed ita depravatum ut hæc significatio minime in eo animadverti possit. Habet enim Hesychius, ἃ πάντα συναγείρας, affero scripturam quæ apud eum extat, cum aspero, non cum tenui,[1] Suidas autem, ἃ πάντως ἵνα γῆρας.

Ἆ est præterea temporis adverbium, significans Nunc, si Suidæ credimus, ita usurpasse dicenti quendam Euclum χρησμολόγον.[2] Sed hæc Suidæ verba suspecta sunt, quum scribatur, εἰ δὲ ψιλωθείη περισπασθὲν, τὸ νῦν σημαίνει, tanquam videlicet non facta fuerit prius hujus scripturæ mentio. Et tamen paulo ante scriptum est, περισπασθὲν δὲ καὶ ψιλῶς[3] δηλοῖ εἴθε. Quinetiam illis quæ de hac ultima significatione tradit, subjuncta ista, βραχέως δὲ καὶ ψιλῶς σημαίνει ἀπόφασιν ἀρνητικὴν, ejusmodi sunt quæ suspicione non careant. Sed multo magis suspectum est vel potius aperte mendosum, quod apud eum legimus de ἆ significante τὸ πολὺ ap. Archilochum. Postquam enim dixit ἆ significare etiam ὦ, et attulit Homeri locum, ἆ δειλή τι κακῶν, pro quibus reponi hæc debent ἆ δειλοί τί κακὸν, addit, significare etiam πολὺ et μέγα ap. Archilochum: subjungitque hæc verba, ἆ δέκα ταύρους, quod exemplum aliter apud Varinum scriptum extat, hoc videlicet modo, ἆ, ἑαδ' εἶς τε ταύρους. Sed non video quid commodi ex hac scripturæ illius mutatione, undecunque sit, percipere possimus.[4] Equidem literam hanc τὸ μέγα et τὸ πολὺ significare, et ipse antea docui, sed præfixam quibusdam vocabulis. Qualiacunque autem sint ista Suidæ, quorum nihil extat in ea editione quæ olim Mediolano prodiit, omittenda non existimavi, nequis per incuriam potius quam consulto prætermissa esse putaret. Ceterum quandoquidem in Varini mentionem incidi, addam ex eo quoque de hac particula aliquid, undecunque sumtum sit. Ejus verba sunt, Ἆ ψιλούμενον μὲν καὶ περισπώμενον, δηλοῖ τὸ ἐν ἴσῳ ἐπίῤῥημα τῷ ναὶ, καὶ εἴθε, ἢ αἴθε· ὡς ἔστιν ἐκ τῶν παλαιῶν δῆλον. Quibus subjungit illum Callimachi locum, quem et supra ex Hesychio et Suida habuisti. His autem Varini verbis, si tamen ejus verba vocari debent quæ illum aliunde descripsisse constat, tribuitur alia significatio huic adverbio præter eas omnes quarum mentio facta in superioribus fuit: videlicet ut ponatur etiam pro ναί. Quæ significatio contraria illi erit quam Suidas ei tribuit, quum dicit significare ἀπόφασιν ἀρνητικὴν, sed loquens de eo quod βραχέως et ψιλῶς scribitur: quæ verba, uti dixi, suspecta esse possint; divinatione certe indigere videntur. Quinetiam ex Platone affert idem Varinus pro φεῦ: nam post Archilochi locum, addit, καὶ ἔτι σχετλιαστικὸν ἀντὶ τοῦ φεῦ, ὡς παρὰ Πλάτωνι.[5] Quibus subjungit quæ apud Suidam quoque leguntur, καὶ τὸ νῦν, ὡς &c. Quum autem hæc de ista significatione velut interjecta sint inter ea quæ apud Suidam habemus, ex veteri quopiam ejus exemplari sumta putarem: nisi quamplurimi ejusdem lexicographi loci, quos ille a se descriptos dedit, quales et nos in vulgatis editionibus legimus, id est depravatissimos, eum veteris codicis auxilio caruisse mihi persuaderent. Quæ ego consulto dico ut quisque quanta Varini esse auctoritas debeat, admoneatur. Hoc constat, multos eum locos inemendatos reliquisse, in quibus latentia menda non magni ingenii erat deprehendere, deprehensa autem, non magni laboris emendare. Sed nec addidisse de suo quicquam quod ad vocabulorum expositionem faceret, existimo: nihil tale certe ab eo additum legere me memini. Quæcunque enim apud hunc leguntur ultra ea quæ ap. Hesych., Suid. et Etymologum extant, ex quo tamen pauca descripsit, quum contra ex illis duobus omnia quæ ad vocabulorum expositionem pertinent sumserit, nisi siqua per incuriam prætermissa fuerunt, ea ex Eustathio, ex enarratore Aristophanis, aliisque qui scholia in poetas scripserunt, sumta esse constat. Verum et ex grammaticis non pauca descripsit, et quidem nullo eorum habito

[1] Cum aspero legitur in Cod. Ven., teste Schowio, Ἃ πάντα συναγείρας. Suidæ locus, (qui deest in Editione Mediolanensi et in 3 Codd. Parisiensibus, unde recte collegit Kusterus eum a recentioribus Suidæ adsutum fuisse), pene integer descriptus est e Platonis Scholiasta p. 134., apud quem legitur, Ἃ πάντως ἵνα γῆρας. At in Siebenkeesii Anecdotis Græcis p. 72., pro πάντως, est πάντων. "Hesych.: Τὸ ἃ περισπασθὲν δηλοῖ εἴθε, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ, Ἃ πάντα συνάγειρας. Aiunt alibi exstare ad hunc modum, Ἃ πάντως ἵνα γῆρας. Manca est sententia, neque quidquam ex his certo constitui potest." Bentleius. "Verba hæc Callimachi," inquit Pergerus ad Hesych., "ex ejus Choliambis, Etymologistæ laudatis, Hesychium depromsisse puto: leg., Ἃ πάντα σῦν ἀγείρας, Utinam suem plaga circumdares omnem!" "At hæc," addit Albertius, "nimis quæsita videntur, ut et quæ Portus ad Suidam notavit." Toupius, Emendd. T. iv. p. 187.: "Lego πάντας, ob versum." Photius in Lexico ad Callimachi locum nos remittit, sed vellemus versum ipsum citasset: Ἆ, τὸ ἄλφα περισπασθὲν δηλοῖ τὸ εἴθε· οὕτως γὰρ Καλλίμαχος κέχρηται.

[2] Locus ille Suidæ, ut supra monuimus, depromtus est e Platonis Scholiasta, apud quem legitur, εἰ δὲ ψιλωθείη περισπασθὲν, τὸ νῦν σημαίνει, ὡς ἐν Εὔκλου τοῦ χρησμολόγου ποιήμασι, et sic apud Phavorinum quoque, non ποιήματι, ut Suidæ editiones exhibent. At in Siebenkeesii Anecdotis Græcis p. 72. exstat ποιήματι, non ποιήμασι.

[3] Verba καὶ ψιλῶς in Platonis Scholiasta l. c. non leguntur. Porro verba ista, βραχέως δὲ καὶ ψιλῶς σημαίνει ἀπόφασιν ἀρνητικὴν, H. Stephano suspecta, in eodem Scholiasta totidem verbis exstant.

[4] Archilochi verba in Platonis Scholiasta sic exhibentur, Ἃ ἑαδ' εἷς τε ταύρους. In Siebenkeesii Anecdotis Græcis, p. 72., pro ταύρους, est ταύροις. Teste H. Stephano, pro ἕα δ', in Phavorino legitur ἑαδ'. At in Editione Basileensi 1538., quæ nobis hæc scribentibus sit ad manum, est, ἕα δ'. Sic in Phavorino scriptum legerat Kusterus, ut patet e nota ad Suidam, non δ' ἕα, ut Gaisfordius ad Archilochi Fragmenta p. 318., Kusterum citans, falso tradit. "Ἃ δέκα ταύρους," (ut in Suida legitur), "quid sibi velit, ignoro: id video, δ' εἷς τε prodiisse ex eodem compendio, quo δέκα significaretur," Bastius ad Gregor. Cor. p. 245. quem vide. (Obiter monemus, typographum ibi Schæfero, non Bastio, ut debuerat, notam illam tribuisse.) "Ἃ interjectio vel exclamatio esse videtur admirantis vel magnitudinem, vel multitudinem rei.—Suidæ lectio, Ἃ δέκα ταύρους, 'Ah decem tauros!' quæ saltem sensum qualemcunque admittit, præferenda cuique videbitur." Ign. Liebelius ad Archilochi Reliquias p. 223., cujus sententiam calculo nostro comprobare non dubitamus. Archilochum enim locutum fuisse de magnitudine et multitudine rei, testantur Scholiastes Platonicus, Suidas, et Phavorinus, Σημαίνει δὲ καὶ τὸ πολὺ καὶ μέγα παρ' Ἀρχιλόχῳ. At, nisi, cum Suida, legas δέκα, nullum multitudinis indicium invenias.

[5] Verba, ὡς παρὰ Πλάτωνι, satis aperte indicant, Phavorinum e Scholiis in Platonem glossam suam depromsisse; nam in Scholiis illis p. 134. sic legitur: Τό, τε (τότε in Siebenkeesii Anecd. Gr. p. 72.) ἐν ἴσῳ τῷ ναὶ, καὶ εἴθε, καὶ ἔτι σχετλιαστικὸν ἀντὶ τοῦ φεῦ ἐπιῤῥήματος, ὡς ἐνταῦθα. Similiter idem Phavorinus, Galeni Glossas Hippocrateas describens, fere semper de suo addit verba, παρὰ τῷ Ἱπποκράτει. Galenus: Σησαμίς· τῆς σησαμίδος ὀνομαζομένης. In Lexico Vocum Peregrinarum (vide nos supra ad v. Σησαμὶς) monuimus e vet. Cod. MS. legendum esse, Σησάμης· τῆς οὕτω δὴ ὀνομαζομένης. Phavorinus: Σησαμὶς (leg. Σησάμη)· ἡ οὕτω δὴ καλουμένη παρὰ τῷ Ἱπποκράτει. Galenus: Ἀρὶς οὐ μόνον τὸ ὄργανον, ἀλλὰ καὶ βοτάνη τις οὕτως ὀνομάζεται. Phavorinus: Ἀρίς· οὐ μόνον τὸ ὄργανον, ἀλλὰ καὶ βοτάνη τις, οὕτω καλουμένη παρὰ τῷ Ἱπποκράτει. Sed hic Galeni sensum pervertit; Medicus enim hoc sibi vult, ἀρίδα, præter significationem instrumenti chirurgici, cujus meminit Hippocrates, aliquando dici de herba quadam, cujus non meminit Hippocrates. Vide nos supra in Lexico Vocum Peregrinarum ad v. Ἄρον.

delectu: ut videmus statim initio sui operis, post illa quæ de etymologia nominis Ἄλφα traduntur, quæ ex Etymologo sumta sunt, quædam de literæ hujus significationibus afferre, quæ ex Moschopulo petita esse constat, et ejusmodi sunt ut vix alio quam Moschopulo digna videri possint: utpote quibus immixta sint quædam, quæ si propius intueamur, fide indigna esse comperiemus. Volens enim ille sive grammaticulus sive grammatista de suo quoque aliquid addere iis quæ apud alios de illis significationibus leguntur, nonnulla dixit quæ veteres grammatici non negarent solum, ut opinor, sed riderent etiam. Cujusmodi est quod de ἀνίσχει tradit, nimirum poetice significare ἅμα ἴσχει. Mihi certe tam ridiculum visum est hoc exemplum istius significationis literæ α proponere, ut prætermittendum potius censuerim. Quæ igitur habet Varinus, ex aliis habet, uti dixi, et quidem sine delectu ex quolibet collecta. Quod si quid de suo adjecit, raro id fecit: et qualecunque illud est, alio potius quam ad expositionem significationis alicujus pertinere comperietur. Illis quidem certe quæ a Suida scribuntur de usu voculæ ᾱ apud Agathiam, videmus adjecta quædam apud hunc esse, quæ de suo illum attulisse, aliaque hujusmodi alibi, credibile est. Ut autem hæc illius esse credam, facit quod annotat pro hoc versu, Ἆ μέγα τολμήεις κηρὸς ἀνεπλάσατο, in aliis scriptum esse, Ἆ μέγα νηλειὴς ἔσβεσεν ἀγλαΐην: quam tamen scripturam non videri posse locum alterius obtinere, docui supra. Sed de his hactenus. Quod autem ad illam significationem particulæ ᾱ attinet, cujus postremo loco facta fuit mentio, et quam a Platone usurpari dictum est, convenit certe cum ea quam habet apud Homerum eadem hæc vocula cum illis nominativis δειλὲ et δειλοί: cujus multa exempla protuli antea.

Ἆ adverbium quidam in VOCAB. Ἀβάλε, quod itidem adverbium est, significans Utinam, inclusum esse existimant. Ut enim imperativi ἄγε et φέρε in adverbia transeunt, sic βάλε imperativum verbi βάλλω transire in adverbium σχετλιαστικὸν, et significare φεῦ, Heu. Ei autem addi postea ᾱ, quasi increpandi et admirandi adverbium, ut in ᾱ δειλέ. Sed ego nihil tale apud ullum ex veteribus grammaticis reperio. (Vide nos infra.) Ac fortassis ut hanc voculam adverbio isto inclusam dicerent, eos movit quod produci primam ejus syllabam viderent: ut Epigr. l. i. p. 73., meæ editionis, (Æmiliani Epigr. iii.) Ἀβάλε χειμερίου με κατέκλυσε κύματα πόντου. Sic quoque in principio alius cujusdam Epigrammatis, Ἀβάλε μηδ' ἐγένοντο γάμοι. Id autem Epigramma Agathiæ est, si bene memini, (n. lxxviii. in Jacobsii Anthol. Gr. T. iv. p. 33. Epigramma incerti Poetæ n. cccxcvi., Ἀβάλε μήτε σε κεῖνος ἰδεῖν, μήτ' αὐτὸς ἀνεῖναι Τρίτων Αἰγαίου νῶτον ὑπὲρ * πελάγευς.) Quod si ita est, facile crediderim hunc versum esse illum ipsum quem Suidas protulerat; gaudet enim exemplis ex Agathia petitis; quum dixisset ἀβάλε significare εἴθε. Apud eum enim ita legitur, Ἀβάλε, εἴθε, ἀβάλε. Quod posterius ἀβάλε esse initium vel hujus vel alius versus, quem ille in exemplum afferre voluerit, omnino persuasum habeo.[1] Productio inquam illa primæ syllabæ in ἀβάλε ad comminiscendam hanc deductionem illos fortassis impulerit: sed etiamsi dicamus in ἀβάλε esse α ἐπιταστικὸν, exemplo ea productio non carebit. Eustathius tamen tradens α corripi ante β, addit σεσημειῶσθαι hoc ἀβάλε, (ad Il. Ω. p. 1353. 39., Ἕτεροι δὲ παρὰ τὸ ῥαπίζειν λέγοντες ῥάβδον γίνεσθαι, φασὶ καὶ ὅτι τὸ ᾱ πρὸ τοῦ β̄ συστέλλεσθαι θέλει, ἀβρὸς, Ἄβδηρος,[2] ἀβαρβαραία, ἐπιγράβδην. Οὕτως οὖν φασι καὶ ῥάβδος. Σεσημείωται τὸ ἀβάλε.)

"Βάλε Jace: imper. aor. 2. a βάλλω. Transit "idem imperativus, ut ἄγε quoque, in adverbium "σχετλιαστικὸν, idem significans quod φεῦ: ut βάλε "βάλε κήρυκος φωνήν. Idipsum et Ἀβάλε dicitur, "per compositionem ex ᾱ et βάλε: quorum utrum"que σχετλιαστικὸν est, et unum idemque signifi"cat, nimirum φεῦ, ut tradit Etymol. et Lex. meum "vet.: sed in hoc βάλλε scriptum, in illo βάλε, "ut apud Suid. quoque, qui pro εἴθε, i. e. utinam, "usurpari innuit."[3] H. St. Thes. Ind. [Hesych.: Βάλε· ῥίψαι (ῥίψον) ἢ ὄφελον. Alcman apud Antigonum Caryst. Hist. Mirab. c. xxvii. p. 26., Οὔ μ' ἔτι, παρθενικαὶ μελιγάρυες ἱερόφωνοι, Γυῖα φέρειν δύναται, βάλε δὴ, βάλε κηρύλος εἴην. Etym. M. p. 186. 36.: Βάλε· ὥσπερ ἀπὸ τοῦ ἄγε προστακτικοῦ ῥήματος μετατίθεται καὶ γίνεται ἐπίῤῥημα παρακελεύσεως (Cod. Par. 2654. παρακελευστικὸν, teste Bastio ad Gregor. Cor. p. 929.), ἄγε· οἷον, Ἄγε δή μοι ὦ μοῦσα· καὶ ἀπὸ τοῦ φέρε προστακτικοῦ ῥήματος (Cod. 2654. addit, γίνεται ἐπίῤῥημα) φέρε· οὕτω καὶ ἀπὸ τοῦ ἔβαλον, ἔβαλες, ἔβαλε· οὗ τὸ προστακτικὸν, βάλε· μετατιθέμενον γίνεται σχετλιαστικὸν ἐπίῤῥημα, ἀντὶ τοῦ φεῦ· οἷον, Βάλε, βάλε κῆρυξ φωνήν· τοῦτο πλεονασμῷ τοῦ ᾱ, ἀντὶ σχετλιαστικοῦ ὄντος ἐπιῤῥήματος, ὡς παρὰ τῷ ποιητῇ, ᾱ δειλὲ, γίνεται ἀβάλε. Ἀμφότερα μίαν σημασίαν ἔχουσι, τὸ ᾱ καὶ τὸ βάλε. Ἔστι δὲ ἰδίᾳ ᾱ, καὶ ἰδίᾳ τὸ βάλε, καὶ ἐν συνθέσει τὸ ἀβάλε, καὶ κατὰ ἀφαίρεσιν, βάλε. Idem articulus exstat in Phavorino, ex Etymologo facile corrigendo. Pro verbis, Βάλε, βάλε κῆρυξ φωνὴν, (quæ et in Phavorino sic exhibentur,) pro quibus Stephanus Noster reposuit, Βάλε βάλε κήρυκος φωνὴν, legendum est, ut vidit Bastius ad Gregor. Cor. p. 929., Βάλε, βάλε κηρύλος εἴην, quod e versu Alcmanis apud Antigon. Caryst. c. 27. depromtum est. Aristoph. Av. v. 300., Κειρύλος γάρ ἐστιν ὄρνις; ubi Schol. et post eum Suidas, Εὐφρόνιός φησι τοὺς Δωριεῖς λέγειν. Βάλλε δὲ βάλλε (leg. Βάλε δὴ, βάλε) κηρύλος εἴην. Τοὺς δὲ Ἀττικοὺς, κειρύλον. Φησὶ δὲ Δίδυμος, τὸ κατὰ φύσιν ὄνομα κειρύλος λέγεσθαι. Ἀντίγονος δέ φησι τοὺς ἄρσενας τῶν ἀλκυόνων κηρύλους λέγεσθαι, οὓς γηράσκοντας αἱ θήλειαι βαστάζουσι τοῖς πτεροῖς. Dionysii Thracis Grammatica, in Bekkeri Anecdotis Græcis T. ii. p. 642., Τὰ δὲ εὐχῆς σημαντικὰ, οἷον εἴθε, αἴθε, ἄβαλε. Stephani Scholia ibid. p. 946.: Εὐχῆς λέγονται σημαντικὰ ταῦτα, οὐχ ὅτι αὐτὰ λέγων τις εὐχὴν ποιεῖται, ἀλλ' ἐπειδὴ, εὐχόμενοί τι γενέσθαι ἡμῖν, τούτοις χρώμεθα τοῖς μορίοις. Τούτοις δὲ καὶ τὸ ὤφειλες κατέταξάν τινες. Τὸ δὲ ἄβαλε δύο μέρη λόγου ἐστὶν, ἐκ παραλλήλου κείμενα· εὑρίσκεται δὲ καὶ βάλε λεγόμενον· Βάλε δὴ βάλε κηρύλος εἴην, Ἀλκμάν. Τινὲς δὲ ἓν μέρος λόγου ὑφ' ἓν ἀναγινώσκουσιν. Ad Alcmanis versus apud Antigonum Caryst. l. c. Xylander dicit notata fuisse in margine: Βάλε· κατ' ἀποκοπὴν τοῦ α, ἀρκτικοῦ στοιχείου· ἔστι γὰρ τὸ ὅλον Ἀβάλε, σημαντικὸν εὐχῆς ἐπίῤῥημα, ἀντὶ τοῦ ὄφελον, εἴθε, αἴθε.

[1] "Lego, Ἀβάλε, εἴθε, ᾱ βάλε: nihili enim sunt, quæ hic Portus attulit. Βάλε per se utinam significat, quod et ᾱ: ipse Suidas, Βάλε, εἴη, εἴθε μοι, [de hac glossa vide nos infra], et Hesych. Βάλε· ὁ φελλός. Lege, ὄφελον." Pearsonus ap. Kusterum ad Suidæ locum. "Hesych. Ἄβαλε· εἴθε. Forsan, Ἆ βάλε, quanvis Alcman ap. Antigonum Caryst. p. 26. βάλε pro εἴθε utatur." Toupius Emendd. in Hesych. T. iv. p. 187. Saltem scribendum esset, ᾱ βάλε, non ἃ βάλε, ut vir doctus vult.

[2] Idem articulus extat in Phavorino, (qui eum vel ex Eustathio vel e Philemonis Lex. Technol. v. ῥάβδον descripserat,) apud quem v. ῥάβδον scribitur, ut in Eustathii loco, Ἀβαρβαραία. Sic scribitur in Dracone Stratonicensi de Metris Poeticis p. 80. ubi eadem fere verba leguntur, nisi quod, pro Ἄβδηρος—ἐπιγράβδην, est Ἄβδηλος—ἐπιγράδην. Ἄβδηλος in Phavorino quoque exhibetur. Hermannus vero in Indice Rerum in Draconem reposuit ἐπιγράβδην et Ἀβαρβαρέα. Hesych.: Ἀβαρβαλαῖαι· νύμφαι. F. l. Ἀβαρβαραῖαι. Heins. et Salmasius corrigunt, Ἀβαρβαρέαι, e proxime sequenti glossa: Ἀβαρβαρέη· ὄνομα νύμφης.

[3] Locus est: Βάλε· βάλε, τὸ τρίτον. Εἴη. Ἀντὶ τοῦ, εἴθε μοι. Sic legendum putat Kusterus: Βάλε· ἀντὶ τοῦ ἔβαλε. Τὸ τρίτον πρόσωπον. Καὶ ἀντὶ τοῦ εἴη, εἴθε μοι. Imo respexit Suidas ad Callimachi versum, quem nobis conservarunt Diomedis Scholia in Dionysii Thracis Grammaticam, in Bekkeri Anecdotis Græcis T. ii. p. 946.: Τὸ ᾱ κατ' ἰδίαν ἐστὶν εὐκτικὸν ἐπίῤῥημα, ὡς τὸ εἴθε, καὶ τὸ βάλε ὁμοίως κατ' ἰδίαν ἐπίῤῥημα εὐκτικόν· Βάλε μοι βάλε τὸ τρίτον εἴη, Καλλίμαχος. (Hoc fragmentum frustra quæsivimus in Ruhnkenii et Ernestii Auctario, ac Blomfieldii Spicilegio.) Suidæ locum sic restituendum censemus: Βάλε· Βάλε μοι βάλε τὸ τρίτον εἴη. Ἀντὶ τοῦ εἴθε.

Ceterum illud κῆρυξ in Etymologi loco forte e glossa marginali, quæ κηφῆνος per κῆυξ exponeret, in textum recepta, ortum habuerit, deinde librariorum oscitantia κῆρυξ locum τοῦ κῆυξ usurparit, et κῆρυξ semel admisso εἴην in φωνὴν mutatum fuerit, unde H. St. longius a vera lectione aberrans, reposuit, Βάλε βάλε κήρυκος φωνήν. Κῆυξ et κῆρυξ alibi confunduntur. Suidas: Κῆυξ· εἶδος ἱέρακος. "Sic reposui auctoritate MS. Paris. A. cujus loco antea male legebatur κῆρυξ," Kusterus.]

"Ἄβαλ in Lex. meo Vet. dicitur esse adver- " bium, factum ex ᾱ epitatico et βάλλω, abjecta ul- " tima syllaba. Non tamen ulla ei ibi significatio " tribuitur, sicut nec ap. Etymol. forsan igitur idem " est cum sequente Ἀβάλε." H. St. Thes. Ind. [Etym. M. p. 1. 53.: Ἄβαλ· ἐπίῤῥημα, παρὰ τὸ βάλλω, κατὰ ἀφαίρεσιν τοῦ λ καὶ τοῦ ω, καὶ μετὰ τοῦ ἐπιτατικοῦ ἄλφα, ἄβαλ καὶ ἄβελ, παρὰ τὸ ἀβάλε ἐπίῤῥημα, ὡς τὸ, Ἀβάλε σοι Στέφανε, εἰδωλολάτρησας.]

"Ἀβάλε Hesychio est ὄφελον, εἴθε, Utinam. " Alioqui est etiam adverbium σχετλιαστικὸν, idem- " que significare putatur quod φεῦ: ut in Epigr. " (Æmiliani iii.) Ἀβάλε χειμερίου με κατέκλυσε κύματα " πόντου. Et in Lex. meo vet. (et Etym. M. p. 1. 53.) " ἀβάλε σοι Στέφανε, εἰδωλολάτρησας. Quidam et " Ἀβάλαι scribunt: quomodo scriptum legitur et in " posteriore Etymologici editione (p. 2. 54. Ἀβάλαι· " ἐπίῤῥημα σχετλιαστικὸν, παρὰ τὸ βάλλω, καὶ μετὰ " τοῦ ἐπιτατικοῦ ᾱ) et apud Varin. quodam in loco; " sed eam scripturam non probo. (Zonaras,[1] p. 12., " Ἀβάλαι· ἀντὶ τοῦ φεῦ.) Ab Hesychio exponitur " etiam ἀχρεῖον, inutile, ac si nomen adjecti- " vum esset." H. St. Thes. Ind. [Illud ἀχρεῖον pertinet ad glossam sequentem: Ἀβάλη· ἀχρεῖον, Λάκωνες, οἱ δὲ νωθρόν. Hesych.: * Βαλῆρα· ἀχρεῖα, ubi G. conjecit, Βαλῆρε· χαίρειν, valere. "Ἀβάλε seriores dixerunt pro βάλε, utinam. Illud usurpavit Callimachus Fragm. cccclv." Jacobsius Animadvv. ad Anthol. Gr. T. ix. p. 301. Callimachi locum affert Ernestius e Scholiis MS. in Dionysii Thracis Grammaticam: Τὸ γὰρ αἴθε εἴθε φησὶν ὁ ποιητὴς, καὶ Καλλίμαχος· Ἀβάλλε μηδ' ἀβόλησαν. At in Bekkeri Anecdotis Græcis, ubi Scholia illa vulgantur, verba nondum invenimus. Blomfieldius scribendum putat, Ἆ βάλε μηδ' ἀβόλησαν, 'Ah! utinam nunquam occurrissent,' ac si lectio Ἀβάλε falsa esset. Atqui ἀβάλε, pariter ac ἆ βάλε, pro utinam, *Græcis scriptoribus* in usu est, ut exempla supra adducta ostendunt. Callimacho tamen ἆ βάλε restitui vellemus, non solum quod vocem βάλε Poeta Cyrenæus alibi usurparit, Βάλε, μοι βάλε τὸ τρίτον εἴη, (quod fragmentum legitur in Diomedis Scholiis in Dionysii Thracis Grammaticam, apud Bekkeri Anecdota Græca T. ii. p. 946.) verum etiam quod ἀβάλε pro ἆ βάλε in nullo scriptore, qui circa Callimachi ætatem floruerit, reperiatur. Nusquam alibi adverbium ἀβάλε pro βάλε invenias, quam apud Æmilianum, Agathiam, et epigrammatographos ævi recentissimi. Lexicon Rhetorico-Sophisticum apud Bekkeri Anecdota Græca T. i. p. 321.: Ἀβάλε· εἴθε. Cyrilli Lex. MS. ap. Is. Voss. ad Hesych.: Ἄβαλε· αἴθε, εἴθε, εὐχῆς σημαντικόν· ἔστι δὲ καὶ σχετλιαστικὸν ἐπίῤῥημα. Toupius Emendd. in Hesych. T. iv. p. 185. et 187., Jacobsius l. c. et Schneiderus in Lexico scribunt Ἄβαλε, et sic scriptum reperitur in Cyrilli Lex. MS., in Dionysii Thracis Grammatica, et in Stephani Scholiis in eund. Dionys. At in Hesychio, Suida, Phavorino, (vv. βάλε—ῥάβδον), Zonara (Codd. D. K.), Etym. M. (vv. ἄβαλ, βάλε), Dracone Stratonicensi (p. 80. 15.) Regulis de Prosodia[2] ap. Hermanni Gr. Gram. (p. 445. 109.) et Philemone in Lex. Technol. v. ῥάβδον, est Ἀβάλε, ut scribit H. Stephanus.]

A A quoque interdum legimus, cum geminatione: sed quemadmodum quum unicum ponitur, non uno eodemque modo ubique scribitur: quin potius diverse etiam scriptum in diversis exemplaribus, unus idemque locus habet interdum, ut ex iis quæ proxime dicta fuerunt, satis liquet, ita quum geminatur, variam scripturam accipit. Siquidem cum circumflexo utrumque spiritum, nec minus cum acuto, qui in gravem mutatur propter orationis ἀκολουθίαν, admittit. Quum autem utrumque dico, nolim te ita intelligere quasi utrumlibet recipere possit, sed pro loco modo hunc modo illum admittere. Quatuor igitur modis scribitur hæc vocula in geminatione: videlicet ἆ vel ἇ: et ἃ vel ἅ: sed longe diversa significatione. De singulis autem eodem ordine dicam.

Ἆ Ἆ adverbium efficiunt conveniens homini perterrefacto, vel perterrenti aut potius deterrenti. Aristoph. in Pluto, (v. 1052.) ἆ ἆ, τὴν δᾷδα μή μοι πρόσφερ'. Ubi ipsius poetæ Scholiastes ait esse adverbium ἐκπλήξεως et κελεύσεως: Suidas autem, qui multa passim habet quæ ex illo sumta esse manifestum est, adverbium μετ' ἐκπλήξεως καὶ παρακελεύσεως. Sed quomodo vim κελεύσεως, i. e. jubendi, vel παρακελεύσεως, i. e. adhortandi, habere possit isto præsertim loco, illi viderint. Multo convenientius, meo quidem judicio, fuisset appellare hic adverbium ἐφεκτικὸν, ut a Scholiaste Euripidis vocari docebo paulo post, i. e. cohibentis, seu reprimentis.[3] Nunc de scriptura hujus adverbii pauca. Sciendum est igitur hic scriptum esse ἆ ἆ cum circumflexo et tenui, non in ipso duntaxat Aristophanis contextu, sed in scholiis quoque. Quinetiam in ejusdem poetæ Vespis (v. 1379.) extare quendam locum, fortassis autem et alii alibi apud eundem inveniuntur, in quo eandem et significationem et scripturam habet: ἆ ἆ, τί μέλλεις δρᾶν; At Suidas ut de spiritu consentit, ita de accentu dissentit. Legitur enim apud eum, ἃ ἃ παρ' Ἀριστοφάνει, ἐπίῤῥημα μετ' ἐκπλήξεως καὶ παρακελεύσεως. Affertque illum ipsum ex Aristophanis Pluto locum, in quo itidem adverbium illud scribit. Ne autem hic suspecta sit nobis fides exemplarium ejus, prohibent ea quæ verbis Aristophanicis subjungit. Postquam enim dixit illud ἃ ἃ legendum esse κατὰ διαίρεσιν, non καθ' ἕνωσιν, quæ verba mox explicabo, et tenuari utrumque debere: addit, Si enim una pars orationis essent, non opus haberent duobus accentibus, nimirum duobus acutis. Hæc est de hujus adverbii accentu Suidæ sententia. Ex iis autem quæ dicit de hoc scribendo κατὰ διαίρεσιν, i. e. divisim, seu disjunctim, non καθ' ἕνωσιν, sive κατὰ σύναψιν, ut paulo post loquitur, i. e. non conjunctim: colligere nos posse arbitror fuisse quibus pla-

[1] "Codd. D. K. ἀβάλε, ut Hesych. et Suidas. Sed illud agnoscit Etymologus, et hoc loco præferendum putavi, quoniam est vere φεῦ, ἀβάλε autem εἴθε, ὄφελον, ut est etiam in Lex. MS. Coisl." Tittmann. Quid sibi velit vir doctus, nescimus. Ἀβάλε enim et ἀβάλαι ejusdem sunt originis, et recte exponuntur per φεῦ, εἴθε, et similia. Scriptura ἀβάλαι s. ἀβάλα Græcis posterioribus placuisse videtur. "Ἀβάλα, Vah, heu, vox indignationis. Lexicon MS. Cyrilli, Ἀβάλε· φεῦ, οὐαί μοι. Philemon in Lex. Technol. MS., Οὕτως οὖν φασι καὶ ῥάβδος, σεσημείωται τὸ Ἀβάλε. Constantinus de Adm. Imp. c. 53. p. 228., Καὶ περιβλεψαμένη τοὺς πολίτας, λέγει, Αὐτὴ ὑμῶν ἐστιν ἡ μετὰ ὅρκου ὑπόσχεσις; οὕτως ἀληθεύετε περὶ πάντων; ἀβάλα λοιπὸν τῷ πιστεύοντι τῷ χερσωνίτῃ πολίτῃ. Joannes Moschus in Limon. c. 110., Εἶπον πάλιν, Ἀβάλαι, πόσα κλαύσωμεν καὶ μετανοήσωμεν, ἐφ' οἷς νῦν οὐ μετανοοῦμεν. Vide Notas eruditissimi Cotelerii ad h. l. p. 669. T. ii. Monum. Eccles. Gr." Ducangius Gloss. Gr.

[2] Locus est: Τὸ α πρὸ τοῦ β ἀεὶ θέλει συστέλλεσθαι, εἰ μὴ κατὰ διάλεκτον εἴη γενόμενον ἐκ τοῦ η εἰς α, ὡς ἔχει ἡβήσομεν, ἁβάσομεν, ἄνηβος, ἄναβος· ἔστω οὖν μαρτυρία τοῦ συνεσταλμένου α, βλάβος, βλάβη, Ἄβυδος, στράβος, ἄβιος, Λάβδακος, ῥάβδος. Οὐ μάχεται τὸ ἀβάλε, ἐκτεῖνον τὸ α. Δύο γὰρ μέρη λόγου εἰσί. In Dracone Stratonicensi de Metris Poeticis p. 63., ubi idem articulus verbis paulo mutatis extat, est ἀβάλας, de quo Bastius ad Gregor. Cor. p. 758.: "Nemo dubitabit, ἀβάλας natum esse ex errore sic legentis quod legendum fuit ἀβάλε, quomodo recte habent Regulæ Prosod. Hermanni." Nostra quidem sententia, ἀβάλας illud ortum habuit ex ἀβάλαι, quod librarius pro ἀβάλε sic scripsit, scripturæ sui sæculi morigeratus. V. Ducangii Gloss. Gr. v. Ἀβάλαι.

[3] In Schol. Lug. Bat. ad Aristophanis locum, teste Hemsterhusio, revera ita legitur, ut conjecerat Noster, Ἆ ἆ.—ἐπίῤῥημα ἐφεκτικὸν, pro vulgatis, ἐπίῤῥημα ἐκπλήξεως καὶ κελεύσεως.

ceret has duas voculas, nullo interjecto spatio, quamvis suum utrique dando accentum, scribere. Nam aliud quam quod dixi, non indicari verbis illis, κατὰ διαίρεσιν ἀναγνωστέον, οὐ καθ' ἕνωσιν, ex sequentibus apparet. Si enim, inquit, unica pars orationis essent, &c. Ex his autem Suidæ verbis, duas orationis partes esse ἂ ἂ consequetur; duo videlicet adverbia: simulque hinc, eum sibi non constare, atque adeo, si verum esse id existimandum sit, errare in sui operis limine, ubi dicit esse ἐπίρρημα, non ἐπιρρήματα, arguemus. Adeo nihil in plerisque hujusmodi lexicographorum locis est certi. Hoc vero inde contingit quod pene omnia ex variis, et quibus varia judicia erant, sunt consarcinata. Cujus rei evidentissimum hic exemplum habes. Ecce enim, verba illa a quibus hic, quicunque sit, Suidas opus suum orditur, ἂ ἂ, παρ' Ἀριστοφάνει ἐπίρρημα μετ' ἐκπλήξεως καὶ παρακελεύσεως, esse ex enarratore Aristophanis depromta, sicut alibi passim multa ex iis affert, nemo, ut opinor, negaverit. At quæ subjunguntur de hoc eodem adverbio, aliunde sumta sunt: et quidem ex quopiam qui non pro uno adverbio, sed pro duobus habendas hasce duas literas censuerit. I nunc, et hujusmodi lexicographorum scripta non adhibita magna cautione lege. Ap. Hesych. quoque extant quædam quæ faciunt ut suspicer duas hasce voculas in unum vocabulum conflatas fuisse. In uno enim ejus loco legimus, Ἆα· σύστημα ὕδατος:[1] in alio habemus, Ἂ ἂ, σχετλιαστικὸν ἐπιφώνημα, ἢ σύστημα ὕδατος. Sed quum σύστημα ὕδατος significari non possit illis voculis nisi conjunctim scriptis, suspicari quis possit eum adverbii quoque significationi scripturam illam dedisse: quæ deinde mutata fuerit a quopiam non animadvertente sequentem expositionem, aut certe ejus rationem non habente. Alioqui dicendum esset, quum Hesych. scripsisset, ἂ ἂ esse σχετλιαστικὸν ἐπίρρημα, aliquem temere addidisse ἢ σύστημα ὕδατος, non animadvertentem huic significationi aliam scripturam tribui. Sed hoc mihi parum fit verisimile. Venio ad locum Euripidis in quo Scholiastes ἐφεκτικὸν adverbium esse scribit: is est in Oreste, (v. 269.) Ἆ ἆ, τί δῆτα μέλλετ'; ἐξακρίζετ' αἰθέρα Πτεροῖς: hic inquam ἐφεκτικὸν esse tradit enarrator, i. e. cohibentis, seu reprimentis; nam ἐφεκτικὸν ab ἐπέχω deductum esse constat, quod Cohibeo significat, ita ut sonet illud verbale, Cohibendi vim habens, quasi quis dicat Cohibitorium. Magis tamen fortasse illi Aristophanis loco quam isti significatio hæc convenire dici possit. Nisi dicamus hic cohiberi moram: quod alioqui aptius diceretur corripi vel increpari. Sed quanam Latina particula posse exprimi hujus adverbii vim putabimus? Ego aut particulam Hau, sive Ahu, aut certe nullam esse quæ isti adverbio in hac significatione respondeat, existimo. Scio scribi a Donato interjectionem esse conturbatæ mentis, nec constantis sibi: in isto Eunuchi loco, Act. iv. Sc. 4. PY.—An tu hunc credidisti esse, obsecro, Ad nos deductum? PH. namque alium habui neminem. PY. hau, Ne comparandus hic quidem ad illum est. Sed quem usum habere dicenda sit hoc loco ista interjectio, necnon in aliquot aliis ejusdem poetæ, sicut et in quibusdam Plautinis, aliis judicandum relinquo:[2] geminatam certe hanc in quodam Terentii loco reperiri dico, ubi optime cum ἆ ἆ cohibendi vim habente seu reprimendi, convenire aio. Locus is in Adelphis legitur, Act. iii. Sc. 2. —hau hau, mi homo, sanusne es? An hoc proferendum tibi (An proferendum hoc tibi) usquam esse videtur (videtur usquam)? Jam vero et Ahu non absimilem apud hunc poetam significationem habet, in isto Eunuchi loco, (v. 2. 60.)—ahu, tace obsecro. Videtur certe unum ex altero factum esse, permutata literæ aspirativæ sede: nisi potius, quoniam altera illa particula Hau multo est usitatior, hanc illius locum occupasse aliquis existimet. Non ignoro interim Donatum velle hic esse interjectionem perturbatæ mulieris, ut apud Græcos ἰού: sed nihil vetat nos simul dicere esse ἐφεκτικήν, seu ἐφεκτικὸν ἐπίρρημα, loquendo more Græcorum, in isto loco: qui enim dicit Tace, is certe τὴν φωνὴν ἐπέχει, seu τὸν λόγον. Et de isto quidem usu adverbii ἆ ἆ, adverbiorum etiam dici posset, ea sequendo quæ ex Suida paulo ante attuli, hæc disseruisse sit satis.

Ἆ Ἆ, VEL Ἂ Ἂ ap. Euripidem quoque alios etiam usus habere videtur, quam eum quem ex ejus Oreste (v. 269.) attuli, convenientem cum eo quem ex Aristophane protuleram. Legimus enim in eadem tragœdia hæc Electræ verba, (v. 145.)—Ἆ ἆ, σύριγγος ὅπως πνοὰ[3] Λεπτοῦ δόνακος, ὦ φίλα, φώνει μοι. Legimus ibidem, non multis post versibus (v. 162.) Ἆ ἆ, (Ἂ, ἂ, Porson.) ἄδικος ἄδικα τότ' ἄρ' ἔλακεν &c. Ubi eum accentum his voculis tribuo quem apud Scholiastem habent: quum utrobique non ἆ ἆ, sed ἂ ἂ in textu legatur. Sed quid si in priore quidem horum locorum eundem habere usum dicamus, quem in illo qui primus ex hoc poeta allatus fuit? Certe ἐφεκτικὸν quodam modo videri ibi possit: ut dicamus, Electram, quod hæc verba ἰδοὺ πείθομαι, altiore quam vellet voce prolata fuissent, ostendere hac interjectione illum elatiorem sonum sibi displicere, eumque ἐπέχειν. At vero in posteriore loco ἆ ἆ, sive ἂ ἂ, non aliud esse puto quam Ah ah: cujus usus multa passim exempla extant, ut proxime sequente hujus sermonis tmematio docebo.

Ἆ Ἆ, vel Ἂ ἂ, sæpe est dolentis atque adeo ingemiscentis, aut indignantis, seu quiritantis, eodem modo quo αἶ αἶ, σχετλιαστικὸν ἐπιφώνημα, inquit Hesych. et tunc illi convenit ea cujus modo men-

[1] "Ἆα, Hesychio σύστημα ὕδατος, Aquæ congeries. Cum ἄα videri possit ex iis vocabulis esse quæ γλωσσηματικὰ vocantur sive " γλωσσηματικά. Sed ap. Hesych. uno quidem in loco ita scriptum est uti dixi, videlicet, ἄα, σύστημα ὕδατος: at in altero, ἂ ἂ, " σχετλιαστικὸν ἐπιφώνημα, ἢ σύστημα ὕδατος. Sed magis rationi consentaneum esset ut ἄα scriberetur in adverbii etiam significa-" tione, quam ut ἂ ἂ, ubi significatur σύστημα ὕδατος. Certe quod attinet ad ἂ ἂ adverbium ἐκπλήξεως et παρακελεύσεως, suspicari pos-" sit aliquis conjunctim scriptum fuisse a nonnullis: quod Suid. admoneat κατὰ διαίρεσιν scribi debere, non καθ' ἕνωσιν. Quod et ipse " suspicer potius, quam, quum Hes. scripsisset ἂ ἂ esse σχετλιαστικὸν ἐπιφώνημα, aliquem temere addidisse, ἢ σύστημα ὕδατος, non " animadvertentem hanc significationem scripturam aliam poscere." H. St. Thes. Ind. Photius in Lexico: Ἀά· σύστημα ὕδατος. Sic Cod. B. In D. legitur ἅ, ἅ, teste Hermanno. "Ἆα, sic Editio Leidensis. Male. Veneta, Florentina, et Hagenoënsis rectius, ἂ ἂ σχετλιαστικὸν ἐπιφώνημα. Tum protinus, quod infra delendum, subjunge separatim, Ἆα· σύστημα ὕδατος. H. Steph. in Thes. non nisi falsa fretus conjectura, suspicatur eandem scripturam et nomini et adverbio Lexicographum nostrum tribuere voluisse, quasi scripsisset, Ἆα σχετλιαστικὸν ἐπιφώνημα, ἢ ὕδατος. Ita prævivit illi Camertis Lexicon. Sed Suidas negat istiusmodi ἐπίρρημα esse ἓν μέρος λόγου, quia duobus tonis acutis notari solet. Nam ἔκπληξις, quam Comicus ab Suida productus repræsentat in muliere consternata ob periculum facis admotæ, est quiritatio quædam τῆς σχέτλια πεπονθυίας. Ceterum quis damnet et duos tonos circumflexos, quos Scholia Aristophanis, Euripidis palam ferunt, item venustæ et accuratæ editiones? Nam duplex ἆ ἆ factum ex simplici ἆ, quod, quia Eustathius eodem modo scribit πνευματίζεσθαι atque simplex ὦ, et semper sive in θαύματι, sive in οἴκτῳ, sive in σχετλιασμῷ, utrumque κλητικὸν vocat: eadem opera nec dissimilem poscit tonum, quia tota vis eadem. Sed priscorum et magnorum Grammaticorum convicia de tonis facessere jubeamus." Verweius. "Res tanti revera non est. Infinitis enim exemplis probari posset, et in seqq. sæpe indicabitur, Hesychium, ubi varias tribuit vocibus significationes, nullam accentuum aut spirituum rationem habere." Albertius.

[2] "Au, interjectio variis animi affectibus exprimendis idonea, ut consternati animi. Terent. Andr. iv. 4. 12. Dicturan' es quod rogo? My. au. Id. Eun. v. 2. 60. Au, tace, obsecro. Adde ibid. iv. 4. 13. Ita autem ubique exponit Donatus, et a Græcis ἰού dici eodem sensu docet. Item abominantis, vel avertentis. Id. Phorm. v. 1. 27. Quid? duasne is uxores habet? So. au, obsecro: unam ille quidem hanc solam. Id. ibid. v. 3. 20. Au, obsecro, vide, ne in cognatam pecces. Item admonentis cum indignatione, et increpatione. Plaut. Mil. ii. 2. 62. Vigila: tibi ego dico: au! feriatus ne sis. Al. aliter leg. Item appellantis, et excitantis. Afran. apud Charis. L. ii. p. 214. Putsch. Au, mi homo, immo edepol vos, supremum meum concelebretis diem. Scribitur etiam hau, et ahu. Priscian. sub fin. lib. 15. enumerat hanc interjectionem inter eas, quas ipse vocat sonituum illiteratorum imitationes, ut sunt haha, heu, ohe, et similia." Forcellinus.

[3] "Ὅπως πνοὰ Ald. et MSS. ὡς πνοιὰ dedi partim ex conjectura Kingii." Porson. Idem edidit, ἂ ἂ, non ἆ, ἆ.

tionem feci interpretatio, videlicet Ah ah: nisi malis Heu heu. Hæc enim particula frequentius geminata invenitur quam illa, quæ tamen et ipsa apud Plautum geminata reperitur a suspirante: in Milite Glorioso (Ac. iv. Sc. 8.) PY.—habe bonum animum. PA. ah, ah, Quum venit in mentem, mores ut mihi mutandi sient. Sed quoniam particula ista Ah multos alios insuper habet usus, alteram illam interpretationem adhibere satius esse duco. Hanc porro significationem habens ἆ ἆ sive ἃ ἃ, apud tragicos præsertim frequens est.[1] Eurip. in Rheso, (v. 799.) Ἆ ἆ. Ὀδύνη με τείρει. Cui loco addi potest alter eorum quos supra ex ejus Oreste (v. 162.) attuli: nimirum posterior, Ἆ ἆ, ἄδικος ἄδικα τότ' ἄρ' ἔλακεν. Ap. Æschylum quoque extat, cum alibi, tum in Prometheo, duobus in locis, fortassis et in pluribus, et quidem præfixum alii adverbio eundem usum habenti: p. 12., meæ editionis, (v. 114.) ἆ ἆ, ἔα, ἔα, Τίς ἀχὼ, τίς ὀδμὰ προσέπτα μ' ἀφεγγής; (ubi Schol. A.: ἐπιῤῥήματα ἐκπλήξεως, B. ἐκπληκτικόν.) Sic p. 37., initio. (v. 582. ed. Blomf., Ἆ, ἃ, ἔα, ἔα. Χρίει τις αὖ με τὰν τάλαιναν οἶστρος: ubi Schol. B. φεῦ, φεῦ, φεῦ, φεῦ.) Sed hic ἃ ἃ scriptum est, illic autem ἆ ἆ, quæ scripturæ diversitas ex veteri exemplari profecta est: quo minus mirari eam apud ceteros debemus.

Ἃ ἃ, inquit Hesychius, ἐπὶ τοῦ μεγάλου· ἔστι δὲ καὶ σχετλιαστικὸν ἐπιφώνημα. Quibus addit, συντεθὲν δὲ γέλωτα δηλοῖ. Ubi quid significare voluerit illis verbis, ἐπὶ τοῦ μεγάλου, non satis liquet. Sed nihil similius vero mihi in mentem venit, quam ut his verbis declaretur ἃ ἃ dici cum exclamatione de re quapiam magna: quæ videlicet, nam et hoc subaudiendum fuerit, repente contigerit, aut certe oculis nostris repente se obtulerit. Hoc autem modo vocabulum ἐπιφώνημα, quod sequitur, huc quoque pertinere censebitur: perinde ac si dixisset, ἐπιφώνημα ἐπὶ τοῦ μεγάλου. Fateor interim multa fuisse alia verba quibus Hesychius aptius et apertius exprimere hæc potuisset: quod facit ut hoc meum commentum parum mihimetipsi placeat, vixque illa verba non suspecta mihi esse possint. Quod subjungit, esse etiam σχετλιαστικὸν ἐπιφώνημα, ex multis quos attuli locis, satis manifestum est. At vero quod tertio loco de his voculis annotatur, refellitur, quod ad scripturam attinet, tum Hesychii, tum Latinorum comicorum testimonio, ut iii proxime sequente tmematio manifestum faciam.

Ἃ ἃ autem longe alium vel potius contrarium usum habet; est enim ridentis adverbium: nisi quis adverbia vocare malit, ut non conjunctam vim duæ istæ voculæ habere censeantur, sed unaquæque seorsum suam. Eodem certe modo ἃ ἃ, vel ἆ ἆ, sequendo alteram scripturam, pro duobus adverbiis a nonnullis haberi, dictum antea fuit. Testatur autem Eustathius, et quidem ex aliorum observatione, ἃ ἃ esse ridentis: testantur idem et Latini comici, Plautus atque Terentius, apud quos frequenter voculis istis Ha ha he, risum indicari videmus. Unum ex illo, alterum ex hoc exemplum proferre satis habebo. Apud Plautum igitur in Pseudolo (A. iv. Sc. 1.) legimus, Ut ego te hodie accipiam lepide, ubi effeceris hoc opus. S. Ha ha he. P. Lepido victu, vino, unguentis. In Terentii autem loco quem afferam, hoc ipsum dicitur, videlicet voculas istas esse ridentis. Is est in Eunucho, Act. iii. Sc. 2. Quid tibi ego multa dicam? domini similis (simia) es. G. Ha ha he. T. Quid rides? G. Istud quod dixti modo. (Idem Heaut. v. 1. 13. Chr. Ha, ha, he! Me. quid risisti? Interjectio irridentis est in Plaut. Pœn. iii. 5. 23. Ha, ha, he! jam teneo, quid sit.) Faciunt igitur aperte tum hi loci, tum ea quæ traduntur ab Eustathio, adversus ea quæ leguntur ap. Hesych., videlicet ἃ ἃ cum spiritu tenui, risum declarare. Sed omnino mihi persuadeo non penes eum, sed penes librarium residere culpam: ab illo enim scriptum fuisse δασυνθὲν δὲ γέλωτα δηλοῖ, non, συντεθὲν δὲ γέλωτα δηλοῖ. Vel hoc modo, συντεθὲν δὲ καὶ δασυνθὲν γέλωτα δηλοῖ. Sed illo potius quam hoc modo emendandum esse censuerim, omisso videlicet participio συντεθέν: quoniam ne apud Latinos quidem comicos conjunctæ hæ particulæ leguntur. Ac profecto siquis vocem vel potius sonum ridentis observet, i. e. sonum quem aliquis ridendo edit, disjungendas potius quam conjungendas esse has voculas cognoscet. Quinetiam aspirate potius quam tenuiter efferri animadvertet: quod et ipsum illam meam emendationem confirmat. Neque enim hoc intelligi volo de iis dictum, qui aspiratione præ ceteris gaudent: ut certe in quadam nostræ etiam Galliæ parte sunt qui Catullianum illum Arrium imitentur, qui Chommoda, non Commoda, Hinsidias, non Insidias, Hionios fluctus, non Ionios, dicebat, sed de iis potius qui ab aspiratione non abhorrent. Verum his opponet fortasse quispiam, alio tum modo quam nunc rideri solitum fuisse: quod ego prorsus ignotum mihi esse fateor, nec unde probari possit video. Risum quidem certe multo minus quam ploratum fuisse tunc temporis, vel ex eo colligerem quod plurima plorantium, aut saltem gementium, seu quiritantium, paucissima ridentium aut alioqui exultantium adverbia reperiantur, nisi magis varias hodieque esse gemebundas voces quam exultabundas perpenderem: sive ex eo quod majus doloris quam gaudii sit ingenium, ut Naso cecinit, Grande doloris ingenium est, sive aliunde id contingat. Sed hæc περὶ τοῦ γέλωτος si cui περιεργότερα videbuntur, tanquam γελαστικῶς dicta accipiat. [" Delendum alterum ἃ. Cum autem ait, συντεθὲν δὲ γέλωτα δηλοῖ, verum dicit, sed scribendum est per aspirationem ἅ, ἅ. Inde in Comœdiis, ha, ha, hæ, Plaut. Terent. Bene autem συντεθὲν, i. e. geminatum, ut ego interpretor; neque enim risum significat, nisi geminetur, quanquam et δασυνθὲν, id est aspiratum, legi potest." Tan. Faber in Epist. ii. 19. " Eustath. ad Il. A. p. 855=796.20., Καὶ κεῖται ἐν Ἐπιλογῇ Λέξεων ἀρχαίᾳ, ὅτι ἃ ἃ δασυνθὲν γέλωτα δηλοῖ. Recte igitur τὸ δασυνθὲν præfert, et τὸ συντεθὲν potius improbat H. Steph." Verweius. " Δασυνθὲν pro συντεθὲν corrigunt etiam Bruno et Is. Voss. ex eodem Eustathii loco. Allucinatur H. Stephanus, quando ἐπιφώνημα in ἐπὶ τοῦ μεγάλου e seqq. huc pertinere censet. Sic paullo ante: Ἃ καὶ τὸ μέγα. Conf. infra Βαβαὶ, ante v. Βυβλία. Photius recte in Lexico MS.: Ἆ, ἆ· ἐπὶ τοῦ μεγάλου· ἔστι δὲ σχετλιαστικὸν ἀναφώνημα, δασυνθὲν δὲ γέλωτα δηλοῖ, ὥς φησι Διογενιανός." Albertius.]

Ἅ, ἅ, ἅ, vel ridentis, vel saltem exultantis adverbium, sive interjectionem, si loquar more Latino, efficere manifestum est ap. Eurip. in Cyclope (v. 156.): ubi Silenus post præstantissimi vini potum,

[1] Euripides in Oreste v. 1614. Ἆ, ἆ, μηδαμῶς δράσῃς τάδε. Idem in Medea v. 1056. ed. Beck. Ἆ, ἆ. Μὴ δῆτα, θυμὲ, μὴ σύ γ' ἐργάσῃ τάδε; Idem in Andr. v. 1077. Ἆ, ἆ· τί δράσεις, ὦ γεραιὲ, μὴ πέσῃς. Bacch. v. 586. Ἆ, ἆ· τάχα τὰ Πενθέως μέλαθρα Διατινάξεται πεσήμασιν. Ibid. v. 596. Ἆ, ἆ· πῦρ οὐ λεύσσεις. Cycl. v. 562. Ἆ, ἆ· τί δράσεις; Herc. Fur. v. 1051. Ἆ, ἆ· * διαμολεῖτε. Auctor Rhesi v. 687. Ἃ ἃ (Ἆ, ἆ)· φίλον ἄνδρα μὴ θένῃς. Semel tantum positum legitur Alc. v. 529. Ἆ, μὴ πρόκλα' ἄκοιτιν. Hel. v. 452. Ἆ, μὴ (σὺ) προσέλα χεῖρα. Herc. F. v. 629. Ἆ, οἵδ' οὐκ ἀφιᾶσιν, ἀλλ' ἀνάπτονται πέπλων. Rhes. v. 226. Ἄπολλον, ἆ δία κεφαλὰ, μόλε το—ξήρης, (pro ἆ δία MSS. tres, ὦ δία.) Sophocles Œd. T. 1147. Ἆ, μὴ κόλαζε, πρέσβυ. Ter iteratum reperitur in Cycl. 157.—χορεῦσαι παρακαλεῖ μ' ὁ Βάκχιος. Ἆ, ἆ, ἆ. Imo quinquies in Alc. v. 28.: in Monkii editione quater tantum repetitur. Vide Beckii Indicem Verborum in Eurip. Ἆ, ἆ, acclamatio lamentantis, Jud. xi. 35. Καὶ ἐγένετο ὡς εἶδεν αὐτὴν αὐτὸς, διέῤῥηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ εἶπεν, Ἆ, ἆ, θυγάτηρ μου, ταραχῇ ἐτάραξάς με, Jud. vi. 22. Καὶ εἶπε Γεδεὼν, Ἆ, ἆ, κύριέ μου κύριε, ὅτι εἶδον τὸν ἄγγελον κυρίου πρόσωπον πρὸς πρόσωπον· καὶ εἶπεν αὐτῷ κύριος, Εἰρήνη σοι, μὴ φοβοῦ, οὐ μὴ ἀποθάνῃς. Eustathius ad Il. A. p. 855. 16. Ἐν δὲ τῷ ἆ δειλὲ ὅ ἐστιν ὦ δείλαιε, κλητικὸν ἐπίῤῥημά ἐστι τὸ ἆ, ἢ μᾶλλον * προσφωνητικόν· διαφέρει δὲ τῆς διὰ τοῦ ὦ προσφωνήσεως, ὅτι τοῦτο μὲν ψυχῆς ἀπαθοῦς· τὸ δὲ ἆ, πάθος ταραχῶδες δηλοῖ ψυχικὸν, ὡς ἔστιν εὑρεῖν πολλαχοῦ, οἷον ἢ σχετλιασμὸν, ἢ ὄνειδος, ἢ ἀγανάκτησιν, ὡς ἐνταῦθα, ἢ ἔλεον, ὡς κατωτέρω ἐν τῷ, Ἆ δειλὲ, οὐ μένταιγε πατὴρ, καὶ ἑξῆς· διὰ γὰρ τὸ καίριον δεδίσσεται νῦν ἡ τοιαύτη πρόσρησις. Ἆ, ἆ, ἆ, acclamatio lamentantis, Aqu. Jos. vii. 7. Ἆ, ἆ, ἆ κύριε. Ezech. iv. 14. Ἆ, ἆ, ἆ κύριε, κύριε. Al. Jer. xiv. 13. Vide Biel. Thes. Philolog. Ἀὰ, ἀὰ, idem, Aqu. Joël. i. 14. Sym. Psalm. xxxix. 21. lxix. 4.

sibi ab Ulysse donati, erumpit in hæc verba, Βαβαὶ, χορεῦσαι παρακαλεῖ μ' ὁ Βάκχιος. ᾎΑ, ἆ, ἄ. Ibi tamen legi ἅ, ἇ, ἇ, fateor: verum quum nemo negare possit eum esse harum particularum quem dixi usum, itidem retinendam et hic esse scripturam illam quam supra tum aliunde, tum ex Eustathio confirmavi, nemini, meo quidem judicio, negandum fuerit.

'ΑΑΖΩ, Fut. άσω. Præt. ακα, Exhalo, proprie, Calidum halitum efflo. Aristoteles in Probl. xxxiv. (7., Φυσῶσι μὲν γὰρ ψυχρὸν, ἀάζουσι δὲ θερμόν. Idem ibidem, 'Ο δὲ φυσῶν κινεῖ τὸν ἀέρα οὐκ ἀθρόως, ἀλλὰ διὰ στενοῦ τοῦ στόματος. Paulo post, 'Ο δὲ ἀάζων, ἀθρόον ἐκπνεῖ, διὸ θερμόν. Crediderim autem deductum esse verbum a sono quem inter exhalandum edimus: quo magis mirum videri possit tenui spiritu illud notari.

'Αασμὸς, οῦ, ὁ, Exhalatio, Halitus, Calidi efflatio, ἔστι δὲ ἀασμὸς, ἀθρόου ἔκπνευσις. Differt autem a φυσασμὸς sive φυσιασμὸς, sicut ἀάζω a φυσῶ, in loco proxime præcedente. Bud.

ἌΒΑΞ, ακος, ὁ, Abacus Latinis, a genitivo Græco suum nominativum formantibus.

Ἄβαξ, Abacus, Persio, i. e. Tabula in qua mathematici numeros, lineas, aut quasvis figuras seu diagrammata ducunt. Pythagorica mensa, veteribus dicta, secundum quosdam, qui tamen ex parti-

A culari appellatione generalem facere videntur, sed Martiani auctoritate nituntur, (initio Lib. vi. pr. p. 190. ed. Grot.) σανὶς φιλοσόφοις χρήσιμος εἰς διαγράμματα, inquit Eustathius (p. 1397. 49. Forte in animo habuit locum Jamblichi de Vita Pythag. c. 5. p. 54. ed. Kiessling. Lips. 1815.: Ὑποσχομένου δὲ τοῦ νεανίου καὶ τῇ τῶν ἐπιτηδείων ἐλπίδι ὑπομείναντος, εἰς τὴν δι' ἀριθμῶν μάθησιν καὶ γεωμετρίας ἐνάγειν αὐτὸν ἐπειρᾶτο, ἐπ' ἄβακος τὰς ἑκάστου ἀποδείξεις ποιούμενος, καὶ διδάσκων παντὸς σχήματος, ὅ ἐστι διαγράμματος,[1] μισθὸν καὶ * ἀντίπονον[2] παρεῖχε τῷ νεανίᾳ τριώβολον. Paulo inferius ibid. p. 58. legitur: Δέον οὖν σχολάζειν εἰς πορισμὸν τῶν καθ' ἡμέραν ἀναγκαίων καὶ τῆς ἐφημέρου τροφῆς, οὐ καλῶς ἔχειν, ἄβακι καὶ ἀνονήτοις * ματαιοπονήμασιν ἑαυτὸν ἀντιπερισπᾶν. Idem in Adhort. ad Phil. Symb. xxxiv. p. 372. ed. Kiessling. Lips. 1813.: Τὸ δὲ χύτρας ἴχνος ἀπὸ σποδοῦ ἀφάνιζε σημαίνει συγχύσεως καὶ παχύτητος, ὅπερ ἐστὶ σωματικῶν καὶ αἰσθητῶν ἀποδείξεων, ἐκλανθάνεσθαι φιλοσοφεῖν ἐπιβαλλόμενον,
B νοηταῖς δὲ χρῆσθαι μᾶλλον ἀποδείξεσιν. ἡ δὲ σποδὸς ἀντὶ τῆς κόνεως τῆς ἐπὶ τοῖς ἄβαξι παρελήφθη, ἐφ' ἧς αἱ ἀποδείξεις συμπεραίνονται. De hoc Symb. cf. Gyrald. p. 484. Abacum pulvere illo conspergebant, quo facilius figuras notarent, delerentque, si opus esset.) ‖Ἄβαξ generalius etiam pro quavis tabula calculatoria: vide ἀβάκιον.[3]

Ἄβαξ, Abacus, Macrobio (Sat. i. 5. et Suetonio

[1] "Secutus sum Schwarzii sententiam censentis, Jamblichum nomen σχήματος explanare per vocabulum artis διαγράμματος, quod ut notius et arti usitatius per ὅ ἐστι voluerit. Antea enim scriptum erat divisim διὰ γράμματος, pro quo vir doctus ad marginem codicis Spanhemiani notaverat διὰ γραμμῶν, probante Kustero. Equidem tamen non repugnaverim, si quis existimet, verba ὅ ἐστι διαγράμματος, esse glossema. De ipso vocabulo διάγραμμα v. Fischer. ad Platon. Phædon. p. 306." Kiessling. Lectio διαγράμματος ex Eustathii loco, Kiesslingio ignoto, confirmari possit. Sed, ut putamus, est glossema.

[2] "'Αντίπονον, i. e. quod pro labore datur. Sed est vox insolens. [Nusquam alibi, quod sciamus, legitur.] Vir doctus ad marginem Codicis Spanhem. rescripserat, ἀντίποινον." Kusterus.

[3] "Abacus generatim notat tabulam politam mediocris magnitudinis, cui deinde in diversa supellectili locus est. Cum tota vox Græca sit, audiamus Eustath. ad Od. Δ. p. 166. 21. (1494. 64.), Δηλοῖ δέ φασι καὶ σανίδιον ὁ ἄβαξ, ὅθεν ἀβάκιον, ἐφ' οὗ ψηφίζουσι. Add. ad Od. X. p. 786. 40. (1927. 4.) Tabula ergo est abacus; quod ostendet jam inductio. Nempe ut ab antiquissimo, de quo constet, usu incipiamus. (1.) Cato R. R. x. 4. in oliveti instrumento abacum unum memorat, et a mensis, scamnis, sellis, scabillis separat. Et est etiam Polluci vi. 90. ἄβαξ inter culinaria instrumenta: atque idem βαλάνων ἄβακα memorat vi. 86. lancem palmularum. Itaque aut lanx fuerit vel patella apud Catonem quoque abacus, aut quod magis placet, tanquam solennis deinde notio, mensulæ genus sustinendis vasis aliis accommodatum: certe ejusmodi supellectilis occasione ipsum quoque nomen Romanis primum videtur innotuisse. Liv. xxxix. 6. de Cn. Manlio Vulsone, Gallorum in Asia victore: 'Luxuriæ peregrinæ origo ab exercitu Asiatico invecta in urbem est. Ii primum lectos æratos,—et quæ tum magnificæ supellectilis habebantur, monopodia et abacos Romam advexerunt.' De eadem re Plin. xxxiv. 3. s. 8.: 'Triclinia ærata, abacosque et monopodia Cn. Manlium Asia devicta primum invenisse.' Legendum hic quoque, Livio duce, invexisse. Plin. xxxvii. 2. s. 6. in præda Pompeii memorat, 'Vasa ex auro et gemmis abacorum novem.' Cic. Verr. iv. 35. c. 16., 'Ab hoc iste abaci vasa omnia, ut erant exposita, abstulit.' Ibid. 57. c. 25., 'Cum aliquot abacorum faceret vasa aurea.' Id. Tusc. v. 61. c. 21., 'Abacos complures ornavit argento auroque cœlato.' Varro de L. L. viii. 33., 'Sic ut [sicut] abacum argento ornari videmus, ut alia paria sint, alia disparia, sic in oratione.' Plin. xxxvii. 2. s. 7. de murrhinis, 'Abacis etiam escariisque vasis inde expetitis.' Harduinus fulcra pluteosque interpretatur, quibus vasa, candelabraque, et alia imponimus (des gueridons), sed ea videntur potius monopodia. Magis placet, abacos hic esse per notam metonymiam ipsa vasa, quibus onerantur abaci: vel etiam tabellas illas parietibus expoliendis adhibitas, de quibus n. 5. Juven. iii. 204., Urceoli sex Ornamentum abaci, nec non et parvulus infra Cantharus. Huc refero Sido. Apoll. ii. 2. 'In hac' (cœnatiuncula) 'stibadium et nitens abacus:' quæ enim de abaco sedili s. banco hic et ad Vitruvium vii. 4. viri docti, eorum idoneum fundamentum nusquam reperio. Idem Sidonius xiii. 9. 'Redolentibusque sertis Abacum torosque pingant;' et disertius, Car. xvii. 7., 'Nec per multiplices abaco splendente cavernas Argenti nigri pocula defodiam.' Cavernæ istæ loculamenta et cava quædam videntur, in quæ divisus abacus. V. Gloss. Abaci, Delphica, Μηνιστέριον. [" Abacus, mensa, in qua exponuntur in conviviis tum ad usum, tum ad magnificentiam vasa argentea etc. De abaco multis agit Salmas. ad Jus Att. et Rom. c. 23. sola potoria vasa attribuens abaco eaque paria plumbo revincta, et in loculis abaci velut defossa. Cicero Parad. v. 2. matulam in abaco commemorat, et in Verr. quarta alia etiam vasa in abaco reperiuntur. Scyphorum paria pariter Cicero habet. Loculi illi sunt e Sidonio. An sint antiquiores, vix dicam." Ernest. in Clave Ciceron. "Paria dicit Plin., quia semper in delphica s. abaco pares ponebantur, h. e. σύνδυο. Agrœcius: Cicero, 'Jubeo promi utrosque, binos habebam,' quia delphicæ vasa (vasa in delphica) paria semper sunt, unde ipse Cicero dicebat, Scyphorum paria compluria. Ita legendus ille locus, vulgo non satis sanus. Delphica est abacus, in quo vasa et pocula ponebantur. Horatius (Sat. i. 6. 117.)—et lapis albus Pocula cum cyatho duo sustinet. Intelligit delphicam s. abacum. Non tamen paria tantum vasa in abaco ponebantur, sed etiam disparia. Varro de L. L. viii.: Itaque sicut abacum argento ornari videmus, ut alia paria sint, alia disparia, sic in oratione. Ut in Horatii illo abaco cyathus est impar, pocula paria. Verum de his nos alibi pluribus." Salm. in Solin. p. 737. f. Cf. idem in Æl. Lamprid. p. 226. f., ubi: Ministerium est quod vulgo vocamus *service*, 'un service d'argent,' unius abaci argentum; hinc et ministerium pro abaco et delphica, in qua argentum mensale exponebatur."] (2.) Arithmeticorum est abacus, tabula, in qua calculos ducerent. Huc respicit Persius i. 131. Nec qui abaco numeros, et secto in pulvere metas Scit risisse vafer. Præpositio in retrahenda etiam ad abaco. Ejusmodi abacum æneum exhibuit et explicavit M. Velserus in Monum. Augusta. Opp. p. 422. disertius multo quam Anto. Augusti. de num. Dial. 9. De hoc genere Eustath. l. c., 'Αβάκιον, ἐφ' οὗ ψηφίζουσιν. Apul. Apol. p. 284. Elm., 'Quem tu librum (Archimedis), Æmiliane, si nosses, ac non modo campo et glebis, verum etiam abaco et pulvisculo te dedisses.' Ad tabulam erudito illo Geometrarum pulvere conspersam hic locus referri possit, et componi cum illis Papiæ, 'Abax et Abacus, tabula, in qua viridi pulvere formæ depinguntur, qua philosophi utuntur.' Viridi corruptum viris doctis videbatur, pro quo conjecit Barthius vi radii, Vossius in Etymol. h. v. radio in pulvere. Sed nihil opus esse, ostendit locus Martiani Capellæ, ut laudatur a Philandro ad Vitr. vii. 3. et in Vitruviano Lexico h. v. e lib. vi. pr. 'Abacus, res depingendis designandisque opportuna formis, mensula hyalini pulveris respersione colorata, ubi vel lineares ductus, vel circulares flexus, vel triangulares radio describuntur.' Sic ibi laudatur, lectione discrepante a Grotiana, qui p. 190. illa, mensula—colorata, omittit, et in fine sic legit, triangulares abraduntur anfractus. Ceterum et p. c. extr. abaci mensulam appellat, et p. 191. extr. abaci, inquit, sui superfusum pulverem movens: et in fine libri, Lineam, ait, in abaco rectam ducens etc. Si hyalinus pulvis sit a Capella, vel etiam ab interpolatore antiquo, de viridi pulvere Papiæ non est quod dubitemus. Etiam hunc ἄβακος usum Græcum esse, constat. (3.) Huic similis ille lusorum, a Græcis ipse quoque petitus. Apud J. Poll. x. 150. inter κυβευτοῦ σκεύη, aleatoris supellectilem, ponitur etiam ἄβαξ, ἀβάκιον. Sueto. Nero. c. 22. 'Quum inter initia imperii eburneis quadrigis quotidie in abaco luderet.' Nempe pro calculis sigilla quadrigarum, lusus ipse circi quandam similitudinem forte habuit. Macrob. Sat. i. 5. 'Sed vultisne diem sequentem, quem omnes plerique abaco et latrunculis conterunt, nos istis sobriis fabulis—exigamus?' (4.) Apud Vitruv. iv. 1. Abacus, Baldo interprete, est tabula illa quadrata, resimatis tamen lateribus, qua summum capitulum Corinthiæ columnæ integitur; quo sensu etiam adhibetur, et proportio illius describitur iii,

in Nerone c. 22.) id est Tabula aleatoria, sive Alveus aleatorius: σανὶς πεττευτική, inquit Eustath. (ad Od. A. p. 1397. 50.) quod idem valet ac κυβευτική. Nam et J. Pollux (x. 150.) inter κυβευτοῦ σκεύη recenset, ἄβακα, ἀβάκιον, κόσκινον, &c. (Carystius in Commentariis Historicis apud) Athen. x. (p. 435. d.), Κυβεύοντος δέ ποτε αὐτοῦ, καί τινος ἀγγείλαντος, ὡς Ἀντίπατρος πάρεστι, διαπορήσας ὦσεν ἐπὶ[1] τὴν κλίνην τὸν ἄβακα.

Ἄβαξ, Tabula sive mensa cui vasa quælibet ad usum quotidianum comparata imponebantur: quum generaliori etiam voce utens Ammonius dicat, Ἄβαξ καὶ Ἀβάκιον διαφέρει. Ἄβαξ μὲν γὰρ, ἐφ' οὗ τὰ πράγματα[2] παρατιθέασιν· Ἀβάκιον δὲ, ἐφ' οὗ ψηφίζουσιν. Quum tamen in abaco apud Ciceronem, Livium, et alios, vasa potius ad ornatum quæsita exponantur.

Ἄβαξ, Canistrum, ut colligit Budæus ex verbis Pollucis p. 232. (vi. 86.) ubi in mentione κανάστρων, item κανισκίου et κανητίου, ex Cratino affert etiam, βαλάνων ἄβακα. Idem vero p. 388. (x. 105.) eadem verba citans, ἄβακα coquinariis vasis sive instrumentis annumerat.[3] (Phrynichus Σοφ. Προπαρ. in Bekkeri Anecd. Gr. T. i. p. 17. forte ad eundem Cratini locum respexit: Ἄβαξ· ξύλινόν τι σκεῦος, παραπλήσιον τοῖς δίσκοις. Δίσκος autem pertinet ad vasa, quæ mensis imponuntur, teste eodem Polluce vi. 84.: Τὰ δὲ ἀγγεῖα, τὰ ἐπὶ τῶν τραπεζῶν, κοινῇ μὲν, τεύχη ἐρεῖς ἀργυρᾶ καὶ χρυσᾶ· καθ' ἕκαστον δὲ, οὓς μὲν δίσκους καλοῦσιν, ἐρεῖς κύκλους ἀργυροῦς, ἢ χεύματα ἀργυρᾶ, ἢ πίνακας. Ex his Phrynichi et Pollucis locis discimus formam abaci coquinarii fuisse rotundam. Idem dici potest de forma abaci, qui ministerium sustinebat, quæ et delphica dicebatur: inde orbis Lacedæmonius Juvenali, xi. 173., pro abaco e marmore Laconico, Qui Lacedæmonium pytismate lubricat orbem, quem vulgo de pavimento accipiunt docti viri, notante Salmasio[4] ad H. A. Scriptt. p. 443. c. Hinc abacus de sole usurpatur.) || Cœl. Rhodig. (Lectt. Antiq. xxiv. 12., nullum tamen auctorem citans,) Solis corpus orbemque invenio discum quandoque dici. Paulo post, observatum et illud, solis latitudinem scienter abacum dici, eadem qua discus notione.

Abacus præterea significat Vitruvio (iv. 1.) tabulam quadram quæ supponitur epistyliis sive capitulis columnarum. Idem (vii. 4.) Abacum in podiis vocat planitiem quæ sedilis vicem præbet, Bud.

[Ἄβαξ, Locus ita dictus in Theatris. Suidas: Ἄβαξι· τοῖς παρ' ἡμῖν λεγομένοις ἀβακίοις. Ὁ Λογοθέτης (i. e., secundum Kusterum, Simeon Metaphrasta Logotheta, qui initio seculi x. floruit, et multorum Sanctorum martyria et vitas literis mandavit,) ἐν τῷ τῆς ἁγίας Θέκλης μαρτυρίῳ· Τρύφαινα δὲ πάθει ληφθεῖσα, νεκροῖς ὁμοία πρὸς τοῖς Ἄβαξιν ὡρᾶτο κειμένη.[5] "Locum hunc mirifice illustrat Basilius Seleuciensis de Vita S. Theclæ Lib. i. p. 266. Edit.

3. (5.) Tandem eidem Vitruvio abaci sunt parietum ornamenta, partes et quasi loculamenta, colore et politura a reliquo pariete *distincta*; compartimenti [aut ripartimenti] vocant Architecti Itali: quæ nempe faciem præbeant insertarum tectorio *tabularum marmorearum*. De his laudatus Vitruvius vii. 3. p. 133., 'Veteribus parietibus non nulli crustas excidentes pro abacis utuntur: *ipsaque tectoria abacorum et speculorum*' (quæ scilicet ipsa quoque inserebant parietibus, Salmas. ad Vopisci Firmum c. 3.) '*divisionibus circa se prominentes habent* expressiones.' It. vii. 4. 'In his' (tricliniis hibernis) 'supra podia abaci ex atramento sunt subigendi et poliendi, cuneis silaceis sive miniaceis interpositis.' De his Plin. xxxv. 5. s. 13. de Sinopide quæ abacis utilior, et mox de Sinopide fusca, cujus usus ad bases abacorum. Cf. xxxiii. 12. s. 56., 'Ad abacos non nisi marmoroso sile utuntur.' Huc omnino referendum illud etiam xxxv. 1. 'Non placent jam abaci.' Neque enim de marmoreis abacis hic sermo est, quod vult Harduinus, sed quod attendenti apparet, de illis crustaceis. (6.) Abax, abacis, e Gr. ἄβαξ, dici, jam e Papia observavimus. Jam addimus, Priscia. 7. p. 752. Putsch. 'Hic abax, hujus abacis; quod tamen et hic abacus, hujus abaci frequenter invenitur.' Abaces etiam bis legunt vetustæ editiones l. 100. π. §. 3. de Legatis 3., ubi e Florentino libro βάσεις sunt: Cui Corinthia vasa legata essent, et βάσεις quoque eorum vasorum collocandorum causa paratas deberi, Trebatius respondit. Labeo autem id, non probat, si eas βάσεις testator numero vasorum habuit. Proculus vero recte ait, si æneæ quidem sint, non autem Corinthiæ, non deberi. (7.) Abaculus, i, m. Dimin. Plin. xxxvi. 26. s. 67. de fragmentis vitri: 'Tingit ars, veluti cum calculi fiunt, quos quidam abaculos vocant, aliquos etiam pluribus modis versicolores.' Neque lusorios hic, neque numerarios, calculos intelligi putamus, sed illos, quos ἀβακίσκους vocant Græci, tessellas e quibus pavimenta musivi operis fiunt.' Athen. v. p. 207. d. de navi Hieronis, Ταῦτα δὲ πάντα δάπεδον εἶχεν ἐν ἀβακίσκοις συγκείμενον ἐκ παντοίων λίθων κ. τ. λ. Add. Eustath. ad Od. X. p. 786. 39. Vid. descriptiones operis musivi et picturas apud Pitiscum Præf. Lex. Antiqq. et Gorium Columbario Liviæ Aug. p. 5. coll. Tab. xix. ac xx." Gesnerus in Thes. L. L. De abacis, qui in parietes ad ornamentum inserebantur, hæc scripsit Salm. in Fl. Vopiscum p. 442. e.:—"Variis rebus solebant veteres domorum parietes ornare. Aut enim picturis condecorabant, et coloribus udo tectorio inductis, aut marmore operiebant, quod genus * ὀρθόστρωσις," (hinc * ὀρθόστρωτοι τοῖχοι, ap. Hieroclem de Nuptiis penes Stobæum Serm. 65.) "et * ὀρθομαρμάρωσις" (apud Codinum, v. Salm. in Æl. Spartianum p. 149.) "*vocabatur*; aut deaurabant: interraso etiam plerumque marmore, vermiculatisque ad effigies *animalium crustis depingebant. Et hoc* postremum luxuria invenit Claudii principatu, v. Plin. xxxv. 1., at sub Nerone *inventum*, ut refert idem Plin. eod. loco. Solebant autem etiam veteres, et abacorum formis speculorumque orbibus e vitro aut alio pellucido lapide parietes distinguere, sed et vitreis quadraturis insertis inducere. De speculis, quæ in parietes ad ornamentum inserebantur, v. Plin. xxxvi. 26. Vitruv. vii. 3., 'Ipsaque tectoria abacorum, ac speculorum divisionibus inter se prominentes habent expressiones.' Seneca orbes vocat, Epist. 87.: 'Pauper sibi videtur ac sordidus, nisi parietes magnis et pretiosis orbibus refulserint; nisi Alexandrina marmora Numidicis crustis distincta sint.' Speculorum autem formæ rotundæ. Inde orbes Senecæ. Ita et abacorum, eorum certe, qui ministerium sustinebant, quæ et delphicæ dicebantur. Inde orbis Lacedæmonius Juvenali (xi. 173.) pro abaco e marmore Laconico, Et [Qui] Lacedæmonium pytismate lubricat orbem. Quem vulgo de pavimento accipiunt docti. Erant et quadrati abaci, ut logistici, et columnarum abaci. Et verius est ea forma fuisse parietum abacos. Sic enim alternatim distinguebantur parietes abacorum speculorumque divisionibus, h. e. figuris quadratis et orbiculatis prominentibus. Hinc specula et abaci junctim positi ap. Vitruv. parietibus decorandis. Ita etiam ap. Plin. xxxv. 1., 'Non placent jam abaci nec specula in cubiculo nitentia.' Hodie ap. Plin. illo loco legas, Nec spatia montis in cubiculo delitentia, [sic edidit Harduin.] immani correctorum flagitio."

[1] "Pro edito ἐπὶ τὴν κλίνην, recte ὑπὸ τὴν κλίνην dedere ambo Codices MSS." Schweigh. Et Eustathius quoque, cujus verba Schweigh. præterierunt, veram lectionem ὑπὸ servavit, ad Od. A. p. 1397. 47.: Εἰς δὲ τὸ προσεχῶς εἰρημένον ἀβάκιον, σημείωσαι ὡς ὑποκοριστικόν ἐστιν αὐτὸ τοῦ ἄβακος, ὅ ἐστι σανίς, καὶ φιλοσόφοις μὲν χρήσιμος εἰς διαγράμματα, καὶ πεττευτικὴ δέ ἡ καὶ σηλία καὶ τηλία, (cf. J. Poll. vii. 203. x. 150.), ὡς ἐν τοῖς τοῦ κωμικοῦ δηλοῦται, (Schol. ad Aristoph. Plut. 1038.) καλουμένη παρὰ τὸ σήθειν, καθὰ δηλοῖ τὸ, Κυβεύων, εἶτα ὦσεν ὑπὸ τὴν κλίνην τὸν ἄβακα, ὡς γράφει Ἀθήναιος· ἐτυμολογίαν δὲ τοιούτου ἄβακος ὃς καὶ κοινολεκτεῖται ἐν τῷ μεγάλῳ ἐστὶν εὑρεῖν Ἐτυμολογικῷ. Etym. M. p. 2. 2.: Ἄβαξ κυρίως ὁ μὴ ἔχων βάσιν, καταχρηστικῶς δὲ, καὶ ἐπὶ οἵας δήποτε σανίδος οὕτως Ὠρίων· γίνεται δὲ παρὰ τὸ βῶ τὸ βαίνω. Cf. Zonar. p. 4. ubi hæc notavit Tittmann. "Sensus glossæ, paulo obscurior, hic esse videtur. Ἄβαξ proprie denotat rem, quæ caret fundamento. Sic locum quendam in theatris," [imo in tricliniis hibernis,] "e tabulis factum, subcavum constat dictum e Vitruv. viii. [vii.] 4. Deinde de qualibet mensa s. tabula dicitur."

[2] "Is. Vossio, pro πράγματα, τραγήματα legendum conjectanti, nonnihil favet Cratinus, qui βαλάνων ἄβακα usurpavit, teste Polluce x. 105. ubi in Lysiæ loco, quem adducit Pollux, eodem sensu accipiendum putem ἀβάκιον, quo exposuit Noster, neque aliter adhibuit Alexis ap. Athen. iii. p. 117. e. emendante Casaub., Δίκαιος ὁ λόγος ἀβακίου ψῆφον λαβέ. Receptam in Ammonio scripturam sollicitare non ausim. Prudenter sine dubio πράγματα posuit Grammaticus, ut indicaret, variis rebus reponendis abacum inserviisse. Hinc non discedit Orion, qui ἄβακα—ἐπὶ οἵας δήποτε σανίδος dici, observat ap. Etym. M. in Ἄβαξ. Egregia est in rem nostram Dosithei MS. in Bibl. L. B. Glossa: Ἄβαξ *Caliclare*. I. e. * κυλικοφορεῖον s. κυλικεῖον, *Vasarium*, *Delphica*. [Vide Athen. xi. 460. d. 480. b. Glossæ: Ἄβαξ abacus, armarium.] Pro Ἄβαξ Lacedæmonii Ἀμάκιον dixerunt; temere sollicitari non debet Hesych.: Ἀμάκιον ἄβαξ, Λακῶνες." L. C. V. ad Ammon. p. 1. H. Steph. in Thes. Ind. pro ἀμάκιον reponit ἀβάκιον.

[3] Locus est: Ἄβακα δ' εἰ βούλοιό τι τῶν τοῦ μαγείρου σκευῶν καλεῖν, προσχρηστέον σοι Κρατίνῳ ἐν Κλεοβουλίναις λέγοντι, Ἐπέδακε βαλάνων ἄβακα τῶν ἐκ φιττέως καὶ ἀβάκιον δ' ἂν αὐτὸ εἴποις· ἐφ' ἑτέρου μὲν γὰρ εἴρηται ὑπὸ Λυσίου ἐν τῷ ὑπὲρ Καλλαίσχρου, Μετ' ἀβακίου δὲ καὶ τραπεζίου πωλῶν ἑαυτόν· χρῆσθαι δ' ἔξεστι τῷ ὀνόματι καὶ ἐπὶ τοῦ ὀψοφόρου σκεύους. "Qui isti βάλανοι ἐκ φιττέως, ingenue dicam me id nescire; non enim crimini ducitur ignorantiam suam fateri: sentire si quis cum Kuhnio velit, per me licet." T. Hemsterh. "C. V. addit, τῶν ἐκ φιττέως, tradidit unum abacum e domo Pithei; legerem enim, ἐκ Πιτθέως, sc. οἰκίας." Kuhnius.

[4] Salmas. errasse sic scribentem, satis patet e Vitruv. vii. 4. de tricliniis hibernis:—"Ita conviviis eorum et quod poculis et pytismatis effunditur, simul cadit siccescitque, quique versantur ibi ministrantes, etsi nudis pedibus fuerint, non recipiunt frigus ab ejus modi genere pavimenti."

[5] Additur in Suida: Κυρίως δὲ ἄβαξ, ὁ μὴ βάσιν ἔχων. Hæc verba, notante Kustero, desunt in MSS. Reg. Nos non dubitamus ea a recentioribus Suidæ adsuta fuisse. Vide Kusteri notam ad T. i. p. 1.

A Par. in fol. ubi eandem historiam, quam Suidas ex Logotheta hic attingit, narrans, ait: Ἡ Τρύφαινα, καὶ τῷ μήκει τοῦ χρόνου ἀπειποῦσα, καὶ τῷ μεγέθει τῆς ἐπὶ τῇ Θέκλᾳ ἀνίας λιποψυχήσασά τε καὶ * λιπαυγήσασα, ἀθρόον κατεφέρετο τοῦ θεάτρου παρὰ τοὺς Ἄβακας· τόπος δ' ἦν οὕτω καλούμενος Ἄβακες. Ex hoc loco simul apparet, quid vox Ἄβαξιν hic apud Suidam significet, nimirum, locum olim in Theatris ita dictum. Vide etiam Ducangium in Glossario Gr. v. "Ἄβαξ." Kusterus.]

Ἀβάκιον, ου, τὸ, diminutivi forma, pro Ἄβαξ, i. e. Tabula calculatoria, sive Tabula in qua supputationes fiunt: ἐφ' οὗ ψηφίζουσι, Eustathius (p. 1494. 64.), et Ammonius (l. c.) Polyb. quinto (c. 26. 13.): Ὄντως γάρ εἰσιν οὗτοι παραπλήσιοι ταῖς ἐπὶ τῶν ἀβακίων ψήφοις· ἐκεῖναί τε γὰρ κατὰ τὴν τοῦ ψηφίζοντος βούλησιν, ἄρτι χαλκοῦν, καὶ παραυτίκα τάλαντον ἴσχουσιν· οἵ τε περὶ τὰς αὐλὰς κατὰ τὸ τοῦ βασιλέως νεῦμα μακάριοι, καὶ παρὰ πόδας ἐλεεινοὶ γίγνονται. (Scitæ istius comparationis hominum aulicorum cum calculis, quibus utimur in componendis rationibus, B notante Schweigh. post Casaub., Solonem auctorem perhibet Diog. Laertius i. 59. Cf. Plut. in Apophthegm. p. 174. ed. Wechel.) Lysias (pro Callæschro) ap. Pollucem (x. 105.) Μετ' ἀβακίου δὲ καὶ τραπεζίου [1] πωλῶν ἑαυτόν. Alexis (ἐν Ἀπεγλαυκωμένῳ) ap. Athen. (iii. p. 117. e.) ἀβάκιον ψῆφον λέγε: fortasse pro ἀβακίου.[2] Hinc Plinio (xxxvi. 26. s. 67.) Abaculi sunt calculi supputatorii, Hermolao teste. (Gesnerus in Thes. L. L. intelligi putat neque lusorios, neque numerarios calculos, sed illos, quos Græci vocant ἀβακίσκους, de quo vocabulo mox agetur.) Hinc etiam ortum ut peritiam supputandi, quam Plato λογιστικὴν appellat, abacum vulgaris consuetudo vocaverit.[3] [J. Poll. vii. 203., Κόσκινον, ἀβάκιον, κύβοι: x. 150., Κυβευτοῦ σκεύη, Ἄβαξ, ἀβάκιον, κόσκινον, κύβοι. Grammaticus S. Germ. in Bekkeri Anecd. Gr. T. i. p. 323.: Ἀβάκιον· ἐφ' οὗ ἐκύβευον, καὶ ἐφ' οὗ τοὺς λογισμοὺς ἐποιοῦντο. Etym. M. p. 666. 16.: Πεσσοί· * βόλια [4] κυβιστῶν· πεσσὰ ὁμωνύμως, ἥ τε γραμμὴ καὶ ὁ (ἡ) ψῆφος· πέντε δὲ ἦσαν οἷς ἐχρῶντο· Καὶ πεσσὰ πεντάγραμμα· [5] καὶ τάχα ἡ πεττεία οἱονεὶ πεντεία τὶς B οὖσα· εὗρε δὲ αὐτὴν Παλαμήδης· καὶ δηλοῖ τὸ ἐπίγραμμα [6] τῶν λϛ' πρὸς τοὺς τόπους οὓς ἔχει τὸ * Παλαμήδειον ἀβάκιον. Eustath. ad Od. A. p. 1396. 57.:

[1] "Existimo Lysiam ἀβάκιον dixisse tabulam lusoriam, de qua significatione monuit et alibi Pollux noster et Ammonius: Polyb. v., αἱ ἐπὶ τῶν ἀβακίων ψῆφοι, et τραπέζιον itaque mensula lusoria." T. Hemsterh. Imo per ἀβάκιον in Lysiæ, et Ammonii locis (Ἀβάκιον, ἐφ' οὗ ψηφίζουσιν,) intelligi debet tabula calculatoria, ut viderunt L. C. V. ad Ammon. l. c. et Stephanus noster. Sed et vocabulum τραπέζιον male a T. H. redditur mensula lusoria. Reiskius in Indice Græcitatis Lysiacæ: "Τραπέζιον, Asserculus, taleola, in qua nummi numerantur." Glossæ: Τραπέζιον Mensula.

[2] Stephanus noster, ut videtur, ἀβακίου reponi velit, pro vulg. ἀβάκιον. Schweigh. sic edidit: B. Δίκαιος ὁ λόγος. A. Ἀβάκιον, ψῆφον! λέγε. "Posterius hemistichium vulgo, nulla interposita distinctione, sic scribebatur, Ἀβάκιον ψῆφον λέγε. Ibi Casaub.: 'Corrigo, Ἀβακίου ψῆφον λάβε.' Qua correctione quid promoveatur difficile dictu fuerit. [Probat tamen L. C. V. ad Ammon. l. c.] Paulo commodius Palmerius Exercitt. p. 496.: 'Mallem, Ἀβάκιον ψήφων λάβε, loculum calculorum accipe, ut sc. computaret et rationes subduceret.' At non modo otiose, sed et languide sic ad ἀβάκιον adjecta vox ψήφων videri debebat. Si quid mutato opus esset, satis fuerat, Ἀβάκιον, ψῆφον λάβε, i. e. ἀβάκιον καὶ ψῆφον: et ψῆφον quidem collective pro ψήφους. Sic Dalecamp. haud absurde, Tabulas sume et calculos. At verbum λέγε recte et suo loco hic stare, arguit id quod mox sequitur, λέγ' ἕτερον, et mox iterum λέγε, rursusque deinde λέγ' ἕτερον. Igitur elliptice exclamata statuebam ista verba: Ἀβάκιον, ψῆφον, sc. δότω τις, φερέτω τις! Abacum, calculos adferat aliquis e famulis! vel φέρε, adfer, da, famule! Tum, admota tabula cum calculis, rursus ad coquum vel cauponem dirigit orationem: Dic! enumera! Nec vero dissimulare debeo, ipsum illud verbum λέγε non sic in vetustis nostris membranis legi, sed duas voces, λέγε, et ἔστ' initio versus sequentis, in unum verbum λέγεσθαι imperite esse contractas. Sed veram haud dubie scripturam perspecte Venetus Editor, cum metri, tum ipsius sententiæ habita ratione, restituit. Personarum diversas partes in superioribus editionibus, nedum in membranis nostris, nusquam certis quibusdam signis distinctas esse, jam alias docuimus." Schweigh.

[5] Annon intelligi debet Euseb. Præp. Evang.? Sed nobis hæc scribentibus liber ad manum non est.

Plutarchus in Mario xvi. T. ii. p. 831. Reisk.: Ὥστε φωνὰς καὶ διαγανακτήσεις τῶν στρατιωτῶν πρὸς τὸν Μάριον ἐκφέρεσθαι. Philo V. Mosis L. iii. T. ii. p. 178. a Schæfero in Mss. indicatus: Ζέων καὶ πεπυρωμένος ὑπὸ τῆς νομίμου διαγανακτήσεως.]

[* "Ἐξαγανακτέω, Succenseo, Joseph. A. J. iv. 2. 1., Ἐξηγανάκτουν καὶ πρὸς ἀλλήλους καὶ πρὸς τὸν ἡγεμόνα," G. Wakef. in Mss.]

"Ἐπαγανακτέω, Indignor ob." H. St. Thes. Ind. [Josephus de B. J. ii. p. 177. 6. et p. 203. §. 3. 3. f. ed. Haverc. in Scotti Appendice laud. Clemens Alex. Pædag. iii. p. 296. 16., a G. Wakefieldio in Mss. indicatus: Τὸ δὲ μὴ ἐπαγανακτεῖν τοῖς ἀκολασταίνουσιν, σαφὲς γίνεται τεκμήριον γνώμης εἰς τὸ ὅμοιον ἐκτρεπομένης. Plutarchus in Alcibiade xiv. T. ii. p. 26. Reisk., Ἐπηγανάκτει δ' ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος ἐχαλέπαινε: et in Agesilao xix. T. iii. p. 659., Ὁ Δικαίαρχος ἐπηγανάκτησεν.[1]]

[* Προσαγανακτέω, ῶ, Indignor, Indignor insuper s. ultro. Joseph. Ant. iv. p. 227. 29. de Bello i. p. 82. §. 6., in Scotti Appendice laud. Dionys. Hal. i. 621. 14.: Οὐχ ὅπως ἠγάπησε τηλικαύτης τιμῆς τυχὼν, ἀλλὰ προσαγανακτήσας εἶπεν. Hippocrates Epist. ad Damaget. p. 1285. 20.=927., Πολλοὶ δὲ τῇ ἰδίᾳ φύσει προσάψαντες, ἐχθαίρουσι τὸν εὐεργετήσαντα, μικροῦ δεῖν προσαγανακτεῦντες, εἰ νομίζονται χρειοφειλέται. Jamblichus de V. Pythag. xxviii. p. 302. ed. Kiessling.: Ἐπιστημονικὸν γὰρ τοῦτο ἡγεῖτο μᾶλλον καὶ εὔγνωμον, τὸ μὴ ἀντιτείνειν καὶ προσαγανακτεῖν τῇ θείᾳ προνοίᾳ, Scitius enim hoc rectiorisque judicii existimabat, non repugnare divinæ providentiæ. Appianus de Bell. Civ. i. 46. T. ii. p. 66.: Μάρσοι μὲν δὴ, δίκην θηρίων, τῷ πταίσματι προσαγανακτοῦντες, αὖθις ὡπλίζοντο. Uterque locus a G. Wakefieldio in Mss. indicatus est.]

Συναγανακτῶ, Condoleo. Bud. [" Συναγανακτεῖν est causam afflicti suscipere et illatam injuriam animo iniquo ferre, non secus, ac si sibi facta esset," Casaub. ad Dionys. Hal. Antiqq. Rom. vii. 45. a Schæfero in Mss. indicatus. Porro idem vir doctus consuli jubet Toup. Opusc. i. p. 82. et ex eodem Dionysio ibid. i. 81. affert: Παρὼν γὰρ ἐτύγχανε συναγανακτῶν τοῖς πελάταις. " Tollenda est στιγμὴ post ἐτύγχανε: vox enim συναγανακτῶν referenda est ad Numitorem, qui forte tunc aderat tanquam patronus, ut causam clientium defenderet. Ex Dionysii igitur sententia Numitor apud fratrem non suam, sed clientium causam agit, iisque ipse συναγανακτεῖ: et apud Plutarchum vice versa Amulius suam, non τῶν χαριτῶν causam agit, eique adsunt συναγανακτοῦντες οἱ ἐν Ἄλβῃ, ut ipse loquitur." Casaub. Plutarchi locus legitur in Romulo cap. vii. T. i. p. 88. Reisk. Idem in Lycurgo c. xi. T. i. p. 182., Προπέμψαι μέχρι τῆς οἰκίας συναγανακτοῦντας: in Othone c. 3. T. v. p. 655., Ἠξίου συναγανακτεῖν καὶ συγκολάζειν: de Fraterno Amore T. vii. p. 914., Ἀμελουμένῃ δὲ συναγανακτεῖν, χαλεπαίνουσαν δὲ πραΰνειν, ut uxori fratris neglectæ rationem habeat, irritatam demitiget. Dionys. Hal. Antiqq. Rom. ix. 39., Οἱ μὲν γὰρ πατρίκιοι τοῖς ὑπάτοις ὡς καταλυομένης αὐτῶν τῆς ἐξουσίας συναγανακτοῦντες. Legitur, teste G. Wakefieldio in Mss., et in Synes. 187. Joseph. 501, 23. Menandri Fragmentum, Emend. Bentl. p. 94., a Schæfero in Mss. indicatum: Καὶ γὰρ ἐποδύρασθαί τι μὴ γελώμενον Καὶ συναγανακτοῦνθ' ὁπόταν οἰκείως ὁρᾷ Ἕκαστος αὐτῶν τὸν παρόντα, παύεται Τοῦτον μάλιστα τὸν χρόνον τοῦ * δυσφρονεῖν.]

Συναγανάκτησις, (Indignatio communis,) Condolescentia, Budæus apud Aristot. [Schæferus in Mss. e Dionysio Hal. Antiqq. Rom. vii. 45. affert: Καὶ τὰ μὲν ἤδη πεπονθότες δεινὰ, ὦ Βουλὴ, τὰ δ', εἰ μὴ τὸ πλεῖον ὑμῶν μέρος ἐμποδὼν ἐγένετο, παρὰ σχεδὸν ἐλθόντες παθεῖν, ἆρα εἰκότως ἀγανακτοῦμεν, καὶ βοηθείας τινὸς οἰόμεθα δεῖν οὐκ ἄνευ τῆς ὑμετέρας συναγανακτήσεως τυχεῖν, ἐπὶ δίκην αὐτὸν ἴσην καὶ νόμιμον, ὦ Βουλὴ, προκαλούμενοι, περὶ ἣν ἅπασα ἡ πληθὺς μερισθεῖσα κατὰ φυλὰς, λόγου δοθέντος τοῖς δεομένοις, ἔνορκον ἐποίσει τὴν ψῆφον. " Rectius abesset οὐκ." Port. " Fallitur eo, quod συναγανακτεῖν est causam afflicti suscipere, et illatam injuriam animo iniquo ferre, non secus, ac si sibi facta esset." Casaub.]

[* Ὑπαγανακτέω, Subindignor, Clam s. Supra modum indignor. Herodian. ii. 7. 4., ubi egregia quædam notavit Irmisch., et Dionys. H. T. vi. p. 1119. 10. ed. Reisk. De vi augendi aliquando particulæ ὑπὸ tributa v. Zeun. ad Viger. p. 673. ed. 1813.]

Ὑπεραγανακτῶ,[2] Supra modum indignor, Vehementer stomachor, vel conqueror. Et ὑπεραγανακτῶ τούτου, pro ἀγανακτῶ ὑπὲρ τούτου. [" Toup. Opusc. ii. p. 38." Schæferus in Mss. Ælianus Var. Hist. viii. 9., Ὅτε δὴ ἄλλῳ συνῴκισε τὴν παῖδα, ὑπεραγανακτήσας διέφθειρε τὸν Ἀρχέλαον. " Josephus 452, 15. 482, 38. 494, 34." G. Wakefieldius in Mss. Plutarchus Consol. ad Apollon. T. vi. p. 441. Reisk.: Ὁ οὖν ἢ αὐτὸς μέλλων ἀποθνήσκειν, ἢ τέκνων ἀποθανόντων, ὑπεραγανακτῶν, πῶς οὐ καταφανῶς ἐπιλέλησται, ὅτι καὶ αὐτὸς ἄνθρωπός ἐστι, καὶ τὰ τέκνα θνητὰ ἐγέννησεν;]

ἈΓΑΠΑΩ, ῶ, F. ήσω, P. ηκα, Amo, Diligo. Quidam scripserunt ἀγαπῶ, minus esse quam φιλῶ, ut Diligo[3] minus quam Amo: sed ut hæc apud Latinos, ita illa apud Græcos differentia, [quamvis sæpe

[1] Jamblichus Pythag. Vita xxxi. p. 404. ed. Kiessling. (Lipsiæ 1815,): Ὡς εἶδε τόν τε ἐπίτροπον καὶ τοὺς ἄλλους οἰκέτας οὐκ εὖ τῶν περὶ τὴν γεωργίαν ἐπιμελείας πεποιημένους, ἀλλὰ μεγάλῃ τινὶ κεχρημένους ὀλιγωρίας ὑπερβολῇ, ὀργισθείς τε καὶ ἀγανακτήσας οὕτως, ὡς ἂν ἐκεῖνος, εἶπεν, ὡς ἔοικε, πρὸς τοὺς οἰκέτας, ὅτι εὐτυχοῦσιν, ὅτι αὐτοῖς ὤργισται· εἰ γὰρ μὴ τοῦτο συμβεβηκὸς ἦν, οὐκ ἄν ποτε αὐτοὺς ἀθώους γενέσθαι, τηλικαῦτα ἡμαρτηκότας. Locus corruptus ita corrigatur, si legamus: ὀργισθείς τε οὕτως ὡς ἂν ἐκεῖνος, ἠγανάκτησεν, ὡς ἔοικεν, εἰπὼν πρὸς τοὺς οἰκέτας, Atque iram concipiens, eam nimirum iram, quam tantæ virtutis homo concipiat, indignatus est, ut par erat, ita reprehendens servos verbis etc. Ita Wyttenbach. in Mahnii Diatr. de Aristoxeno p. 48. G. Wakefieldius, in Sylv. Crit. iv. p. 33. a Schæfero in Mss. indicatus, pro ἐπιμελείας reposuit ἐπιμέλειαν, deinde, omissis istis, ὀργισθείς τε, legit ἐπηγανάκτησεν οὕτως, ὡς ἔοικε, πρὸς τοὺς οἰκέτας, ὡς ἐν ἐκείνοις εἰπεῖν. " At veram hujus loci lectionem servavit Codex Ciz., καὶ ἀγανακτήσας pro ἠγανάκτησεν, quod antea legebatur. Εἶπεν pendet ex ὅτι, et verba ὀργισθείς τε καὶ ἀγανακτήσας οὕτως, ὡς ἂν ἐκεῖνος, hanc vim habent, 'Tanta ira et indignatione concepta, quantam talis vir concipiat." Kiessling. In Olympiodori Vita Platonis p. 8, 8. ed. Etwalli legitur, Ἐπὶ τούτων οὖν ὁ Διονύσιος ἀγανακτήσας. Lege, ἐπὶ τούτοις: nusquam enim alibi reperitur verbum ἀγανακτέω cum præpos. et genitivo.

[2] " Δυσανακτέω πρὸς τὴν θάλασσαν, e Plut. Rom. affertur pro A mari abhorreo. Sed puto scribendum potius δυσαγανακτέω, " vel δυσανεκτέω, quod erit Ægre fero, Succenseo." H. St. Thes. Ind. Respicitur ad Plutarchi Romulum init. T. i. p. 77. ed. Reisk. ubi tamen est: Ταῖς δὲ γυναιξὶν αὐτῶν ἀπορουμέναις ἤδη καὶ δυσανασχετούσαις πρὸς τὴν θάλασσαν.

Obiter nobis liceat errorem notare, in quo est Fr. Aug. Guil. Spohnius Comment. de extr. Odysseæ Parte Lips. 1816. 8, p. 181.:—" Eusthathius p. 1968, 24., Ἔκλησις δὲ ἡ ἄγαν λήθη, κατ' ἐπίτασιν προθέσεως, καθὰ καὶ * ἐκσίγησις * Πυθαγορικῶς ἡ ἄκρα σιγή. Ἡ ἄγαν λήθη e modo loquendi serioribus Græcis usitato, ita apud Eustath. p. 1962, 44. ἡ ἄγαν συντομία, p. 1963, 18. τὸ ἄγαν στύφον, p. 1967, 59. ἡ ἄγαν ὁρμή. Tzetz. in Schol. ad Lycophr. T. ii. p. 570. ed. Müller. ἡ πάνυ λεπτότης." Fallitur vir doctus, hunc loquendi modum serioribus Græcis tribuens, tanquam si Atticis et vetustioribus scriptoribus in usu non sit, cum exempla e Platone sumta Noster suo in Thesauro supra laudarit. L. C. Valckenaerius in Mss. e Sophoclis *Antig.* 1235. ed. Lobeck. affert ἡ ἄγαν σιγή; cf. v. 1240., Καὶ τῆς ἄγαν γάρ ἐστί που σιγῆς βάρος. " Ἄγαν præponitur interdum vocabulis ita, ut cum illis arcte copulandum, et duo istæc pro uno habenda et proferenda sint, ut in illo, Τούτους τῆς ἄγαν—κολακείας ἐπισχήσετε, 1128, 16. tanquam ἄγαν sit præpositio, ut sunt illa Latinorum *præ* et *væ* (*vægrandis*), Εἰ μὴ ταύτην τὴν ἄγαν ἐξουσίαν σχήσετε, 428, 22." Reiskius in Indice Demostheneæ Græcitatis p. 4. Exempla hæc τοῦ ἄγαν cum superlativo affert Jacobsius in Appendice ad Porsoni Advers. p. 313.:—" Æliani H. A. xi. 10., Τοῦτο γάρ οἵ φασιν οἱ θεραπευταί τε καὶ ἱερεῖς λυσιτελεῖν ἀεὶ, Νειλῴου πίνειν, κἆτα πιαίνεσθαι· καὶ γὰρ γλυκὺ τούτου τοῦ ῥεύματος, καὶ εἰς ὄγκον σαρκῶν ὄντος ἀγαθοῦ. Nisi in postremis aliquid ad sensum implendum excidit, scribendum videtur, Ὡς ἄγαν γλυκυτάτου τοῦ ῥ. καὶ εἰς ὄ. σ. ὄντος ἀγαθοῦ. In his saltem γλυκυτάτου verum, quod cum ἄγαν conjunctum ab Æliani consuetudine non abhorret. L. i. 38., Κύνας ἄγαν ἀγριωτάτους. [Locum hunc citat Abreschius Animadvv. ad Æschylum i. 20. p. 133. quem vide.] L. viii. 13., Ὀφθαλμοὺς ἄγαν βραχίστους. Agath. in Anthol. Pal. p. 120. nr. 216., Καὶ * καταχαγχάζειν τῶν ἄγαν οἰκτροτάτων, ubi frustra tentavi οἰκτρολάλων. Conjunctionis ὡς cum καὶ permutatæ exempla sunt ubique obvia." Vide notas ad Gregor. Cor. p. 24. et 201. et Bastium in Comment. Paleogr. p. 717. 781. et 816.

[3] " Diligere aliquem est, propter virtutes ejus a nobis cognitas magni facere; cum Amare contra sit, suavi illo sensu moveri amoris, qui non tam ex virtutibus alterius atque a certo judicio proficiscitur, quam a sensu; unde interdum distinguuntur Diligere et Amare." Ernestius in Clave Ciceroniana. " Diligere interdum plus est, quam Amare: nimirum quando

servetur, sæpe tamen] confunditur. Et fuerunt qui contra putaverint ἀγαπῶ plus esse quam φιλῶ. [Nam, ut apud Latinos Amare plus est quam Diligere, contra autem alia ratione plus est Diligere quam Amare, quid impedit, quominus dicamus Ἀγαπῶ modo plus, modo minus esse, quam φιλῶ? Vide Forcellinum in nota laudatum. Plato Lysid. T. v. p. 235. ed. Bipont., Ὁ δὲ μή του δεόμενος, οὐδέ τι ἀγαπῴη ἄν· οὐ γὰρ οὖν. Ὁ δὲ μὴ ἀγαπῴη, οὐδ' ἂν φιλοῖ. Οὐ δῆτα. Ὁ δὲ μὴ φιλῶν γε, οὐ φίλος; Sed Ἀγαπᾷν hoc loco est Expetere, ut Latina versio habet. Iterum in Lyside p. 246. Plato, Καὶ οὕτω δὴ ἂν τότε γένοιτο κατάδηλον, inquit, ὅτι διὰ τὸ κακὸν τἀγαθὸν ἠγαπῶμεν καὶ ἐφιλοῦμεν, ὡς φάρμακον ὂν τοῦ κακοῦ τὸ ἀγαθὸν, τὸ δὲ κακὸν, νόσημα. Hic quoque verbi ἀγαπᾷν idem est sensus: 'Atque ita jam manifestum fieret, quod propter malum, bonum quæsiverimus amaverimusque, quasi bonum sit mali remedium, malum vero morbus.' Psalm. xxxiii. 12., Ἀγαπῶν ἡμέρας ἰδεῖν ἀγαθὰς, Desiderans dies videre bonos: xxxix. 22., Οἱ ἀγαπῶντες τὸ σωτήριόν σου, Expetentes salutem tuam. Vide Biel. in Nov. Thes. Philolog. v. Ἀγαπάω. Schol. C. D'O. ad Aristoph. Plut. 642., a Schæfero in Mss. laudatus: Ποθοῦσα, ἀγαποῦσα,[1] "quam formam," inquit T. Hemst., "non semel adhibuit pro ἀγαπῶσα: explicatio vero, si usum Græcæ linguæ castigatum adtendas, non satis commoda." Sed criticum summum sic scribentem falli ex exemplis supra laudatis satis patet. Platonem igitur Wetstenius ad Jo. xi. 3. agens de differentia inter ἀγαπῶ et φιλῶ, citare non debuerat. Sed recte e Dione xliv. p. 175. affert, Ἐφιλήσατε αὐτὸν ὡς πατέρα, καὶ ἠγαπήσατε ὡς εὐεργέτην. Cui exemplo addi potest Xenoph. Memorab. ii. 7. 9., Ἐὰν δὲ προστάτης ᾖς, ὅπως ἐνεργοὶ ὦσι, σὺ μὲν ἐκείνας φιλήσεις, ὁρῶν ὠφελίμους σεαυτῷ οὔσας, ἐκεῖναι δὲ σὲ ἀγαπήσουσιν, αἰσθόμεναι χαίροντα σὲ αὐταῖς: at sect. 12. inverso ordine, Αἱ μὲν ὡς κηδεμόνα ἐφίλουν, ὁ δὲ ὡς ὠφελίμους ἠγάπα. Utrumque tamen verbum sine ulla differentia in universum notat, inquit Schleusnerus in Lex., benevolentia aliquem complecti, amare ita, ut paratus sis ad hanc benevolentiam quovis modo et tempore demonstrandum. Unde Christo
A interroganti, Jo. xxi. 15. Ἀγαπᾷς με πλέον τούτων; respondet Petrus, Ναὶ, Κύριε, σὺ οἶδας ὅτι φιλῶ σε.] Isocr. in Hel. Encomio (T. ii. p. 342. ed. Augeri), Ἣν ἐπιδείξωμεν τοὺς ἀγαπήσαντας καὶ θαυμάσαντας ἐκείνην, αὐτοὺς τῶν ἄλλων θαυμαστοτέρους ὄντας. Xenoph. K. Π. vii. (5. 18. p. 447.), Ὥστε μονονοὺκ ἐν ταῖς ἀγκάλαις περιεφέρομεν αὐτοὺς ἀγαπῶντες, (i. e. præ amore.) Idem Memorab. i. (5. 4.) de honesto et de inhonesto amore usurpavit simul, scribens, Τὰς πόρνας ἀγαπῶντα μᾶλλον ἢ τοὺς ἑταίρους. Hinc etiam ὁ ἀγαπώμενος et ἡ ἀγαπωμένη, pro ὁ ἐρώμενος et ἡ ἐρωμένη, ut dicetur infra. [V. Damm. in Lex. p. 150. qui primariam verbi hujus notionem esse amatoriam censet.] Usurpatur etiam de amore rerum inanimatarum, ut Isocr. ἀγαπᾷν τὸν πλοῦτον, amare divitias, dixit. Plato Polit. ii. (i. 4.)[2] ἀγαπᾷν τὰ χρήματα et ἀσπάζεσθαι, pro eodem ponit: ut Latine dixeris, Amare pecunias, vel Amplecti pecunias, pro Pecuniarum studio vel amore teneri. Dicitur autem aliquando, Ἀγαπῶ τοῦτο ἀντὶ ἐκείνου, vel Ἀγαπῶ τοῦτο
B πρὸ ἐκείνου, pro, Præfero hoc illi, Antepono hoc illi, ad verbum, Amo hoc pro illo vel loco illius, et, Amo hoc præ illo. Demosth. Pro Corona (p. 263, 6. Reisk.), Οὔτ' ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς τὰ Φιλίππου δῶρα καὶ τὴν ξενίαν ἠγάπησα, ἀντὶ τῶν κοινῇ πᾶσι τοῖς Ἕλλησι συμφερόντων. Plut. in Camillo, Ἀγαπῆσαι τὴν ἧσσαν πρὸ τῆς ἐλευθερίας. Jungitur et cum μᾶλλον: ut, Ἀγαπῶ μᾶλλον δόξαν ἢ χρήματα, Amo magis gloriam quam pecunias, pro, Præfero gloriam pecuniis. [Jo. xii. 43., Ἠγάπησαν γὰρ τὴν δόξαν τῶν ἀνθρώπων μᾶλλον ἤπερ τὴν δόξαν τοῦ θεοῦ: iii. 19., Καὶ ἠγάπησαν οἱ ἄνθρωποι μᾶλλον τὸ σκότος ἢ τὸ φῶς. Matth. vi. 24., Τὸν ἕτερον ἀγαπήσει,[3] Alterum præferet. Jo. xiii. 23., Ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς, quem præ ceteris Apostolis amabat Jesus. Rom. ix. 13., Τὸν Ἰακὼβ ἠγάπησα, Jacobum prætuli. "In quibus omnibus locis," inquit Schleusnerus in Lex., "ὑπὲρ vel μᾶλλον omissum videtur, quod additur Jo. iii. 19. xii. 43." ll. cc. E contrario formula, οὐκ ἀγαπᾷν, est Postponere, Minus curare, et Negligere. Apoc. xii.
C 11., Καὶ οὐκ ἠγάπησαν τὴν ψυχὴν αὐτῶν ἄχρι θανάτου.] Item cum infinitivo,[4] ut Amo apud Latinos, [Horat. Od. ii. 3. 9. iii. 16. 9. Epod. viii. 15. Plin-

verbum Amare ad æstum libidinis refertur, a quo abesse possit vera benevolentia. Catull. 73. ad Lesbiam:—'Dilexi tum te, non tantum ut vulgus amicam, Sed pater ut gnatos diligit et generos. Nunc te cognovi. Quare etsi impensius uror, Multo mi tamen es vilior et levior. Qui potis est? inquis. Quod amantem injuria talis Cogit amare magis, sed bene velle minus.'" Gesnerus Thes. L. L. Cicero in Lælio 100. c. xxvii.: Amare nihil aliud est, nisi eum ipsum diligere, quem ames, nulla indigentia, nulla utilitate quæsita. Nonius v. 3.: "Inter Amare et Diligere hoc interest, quod Amare vim habet majorem, Diligere autem est levius amare." "Differunt Amare et Diligere, quod Amare est ex appetitu, Diligere ex ratione. Hinc Amare dicuntur etiam bruta animalia, Diligere soli homines. [Vide Cic. de Fin. Bonorum et Malorum iii. 5.] Hinc etiam Amare plus est quam Diligere: quia appetitus amans ardentius, vehementiusque fertur in rem amatam, quam ratio, quæ cautius, ut ita dicam, et lentius. Cic. ad Brut. Ep. 1. Clodius valde me diligit, vel, ut ἐμφατικώτερον dicam, valde me amat. Id. ix. Fam. Ep. 14.: Quis erat, qui putaret, ad eum amorem, quem erga te habebam, posse aliquid accedere? tantum accessit, ut mihi nunc denique amare videar, antea dilexisse. Id. Fam. xiii. Ep. 47.: Eum a me non diligi solum, verum etiam amari. Id. in Fragm. apud Non. c. iv. n. 78. et c. v. n. 3.: Me aut amabis, aut, quo contentus sum, diliges. Contra alia ratione plus est Diligere, quam Amare, hoc est æstimabilius. Nam diligimus propter virtutem; amamus propter voluptatem: diligimus ratione, ut dictum est, et quasi delectu adhibito, unum præ alio amplectimur, [Cic. Fam. i. 9., Eum non solum beneficio, sed amore etiam et perpetuo quodam judicio meo diligebam:] amamus impetu quodam et cupiditate. Cic. Verr. vi. [iv.] cap. 23., Archagatus [Archagathus] homo nobilis, qui a suis et amari, et diligi vellet. Id. Fam. xv. Ep. 7., Te semper amavi dilexique. Terent. Eun. 1, 2, 16., Non quo quenquam plus amem, aut plus diligam, eo feci." Forcellinus in Latinitatis Lexico. Plin. Ep. iii. 9. 7.: Quem ego cum olim mutuo diligerem, ex hac officii societate amare ardentius cœpi.

[1] De forma Ἀγαπέω Schæferus in Mss. affert e Fischeri Animadvv. ad Gram. Gr. Velleri i. p. 56.:—"Omnino Iones, ut Dores, vocalem ᾱ mutarunt in vocalem ε̄ ante vel post consonantes λ̄ et ρ̄, v. Hemsterh. ad Thom. M. v. δαλος p. 862. et in verbis in syllabas άω desinentibus, ut Ἀγαπέομες, Archytas Fragm. p. 675. Gal. 2."

[2] Initio libri secundi, (p. 35. ed. Astii,) ἀγαπᾷν et ἀσπάζεσθαι pro eodem ponuntur: Τί δέ; ὃ αὐτό τε αὑτοῦ χάριν ἀγαπῶμεν καὶ τῶν ἀπ' αὐτοῦ γιγνομένων; οἷον αὖ τὸ φρονεῖν καὶ τὸ ὁρᾷν καὶ τὸ ὑγιαίνειν· τὰ γὰρ τοιαῦτά που δι' ἀμφότερα ἀσπαζόμεθα. Cum hoc loco conferendus est locus in Gregorii Naz. Invect. in Julianum p. 31. ed. Etonæ 1610., Οἵ γε ἀληθῶς φιλόσοφοι καὶ φιλόθεοι, τὴν πρὸς τὸ καλὸν οἰκείωσιν ἀγαπῶντες δι' αὐτὸ τὸ καλὸν, οὐ τὰς ἀποκειμένας ἐντεῦθεν τιμάς. Vide locum e Platonis Lyside T. v. p. 246. ed. Bipont. supra laudatum.

[3] "Luc. xiv. 26., Εἴ τις ἔρχεται πρός με, καὶ οὐ μισεῖ τὸν πατέρα ἑαυτοῦ, καὶ τὴν μητέρα, καὶ τὴν γυναῖκα, καὶ τὰ τέκνα, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ τὰς ἀδελφὰς, ἔτι δὲ καὶ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, οὐ δύναταί μου μαθητὴς εἶναι, ubi τὸ μισεῖν, vero Hebraismo, est ἐν δευτέρῳ ἔχειν, quod ab iis fit qui aliquem secundo loco habent aut postponunt alteri: et ita plerunque. Tale est illud, Οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν· ἢ γὰρ τὸν ἕνα μισήσει, καὶ τὸν ἕτερον ἀγαπήσει, apud Matth. et Luc.: μισήσει, ἐν δευτέρῳ ἕξει, alteri postponet, loco secundo habebit, ἀγαπήσει autem, μᾶλλον ἀγαπήσει. Neque aliter interpretatus est Matthæus (x. 37.), qui, Ὁ φιλῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμέ. Ita Lea μισεῖσθαι dicitur, cui altera præfertur, Genes. xxix. 31., Ἰδὼν δὲ Κύριος ὅτι μισεῖται Λεία. Neque aliter locum Deut. xxi. 15., περὶ τῆς ἠγαπημένης καὶ μισουμένης γυναικὸς, acceperim, quod Latine, de dilecta et posthabita uxore, dicas: Ἐὰν δὲ γένωνται ἀνθρώπῳ δύο γυναῖκες, μία αὐτῶν ἠγαπημένη, καὶ μία αὐτῶν μισουμένη, ubi μισουμένη, ἐν δευτέρῳ οὖσα, ut et deinceps. Hic autem recte, Et non postponit, dicas. Quid, quod Euripides ad eundem fere modum Alcestide [v. 346. Monk.], Οἴσω δὲ πένθος οὐκ ἐτήσιον τόδε, Ἀλλ' ἔς τ' ἂν αἰὼν οὑμὸς ἀντέχῃ, γύναι, Στυγῶν μὲν ἥ μ' ἔτικτεν, ἐχθαίρων δ' ἐμὸν Πατέρα· λόγῳ γὰρ ἦσαν, οὐκ ἔργῳ, φίλοι. Ubi στυγεῖν, Minus amare quam alium. Quomodo μισεῖν parens dicitur, qui minus amat, aut qui alium, ut Christum, præfert. Quod Tertulliano scrupulum injecit, effecitque ut locum illum, Ἢ γὰρ τὸν ἕνα μισήσει etc., Quia alterum offendi sit necesse, alterum defendi, redderet." D. Heinsii Observv. Sacr. p. 167. ed. Cant. 1640.

[4] Etiam cum participio: nam Schol. C. D'O. ad Aristoph. Plut. 645. apud T. Hemsterh. ad v. 641. φιλεῖς ὁρῶσα exponit per ἀγαπᾷς ποιοῦσα, quod ita damnat T. H., ut "explicationem, si usum Græcæ linguæ castigatum adtendas, non satis commodam" putet. An sibi voluit vir magnus ἀγαπᾷν sic positum pro solere non satis Græcum esse? Sic tamen loquuntur Aristoteles Œcon. ii. a Nostro laudatus, et Jerem. xiv. 10. et Os. xiii. 7. a Bielio in Thes. citati, aliique plures. Sed forte ei in animo erat negare ἀγαπᾷς ποιοῦσα dici posse pro ἀγαπᾷς ποιεῖν. At, tametsi in locis ex Aristotele, Jerem. et Os. prolatis infinitivum

ius xiii. 4., Palma toto anno bibere amat. "Φιλέω, ut notavit etiam Quintilian. ix. 3. eadem ratione usurpatur: et videtur quodammodo reduci ad verbum Soleo, quia quæ amanter facimus, sæpe facimus." Forcellinus in Latinitatis Lex.] Aristot. Œcon. ii., Τοὺς Λυκίους ὁρῶν ἀγαπῶντας τρίχωμα φέρειν. [" Jerem. xiv. 10., Ἠγάπησαν κινεῖν πόδας αὐτῶν, Amant h. e. solent, consuescunt movere pedes suos: Os. xiii. 7., Καταδυναστεύειν ἠγάπησε, Amat h. e. solet opprimere." Bielii Thes. h. v.] ‖ Significat etiam, Amice et hilariter accipio. Odyss. Ψ. 214., Οὕνεκά σ' οὐ τὸ πρῶτον, ἐπεὶ ἴδον, ὧδ' ἀγάπησα. Ubi Eustath. (p. 1946, 1. ed. Rom.) significare dicit ἐφιλοφρονησάμην, et ita sumi ut ἀμφαγαπάζειν. Videtur autem hic uno verbo complecti voluisse Penelope illa benevolentiæ et amoris signa, quæ Ulyssi exhibuerat, manus collo injiciens, et caput deosculans. [Vide Dammii Lex. p. 150.]. Unde Auctor brevium Scholiorum ἀγάπησα exponit hic περιεπτυξάμην, Amplexata sum, expansis ulnis. ‖ Ἀγαπάω, item pro Osculor, ut ait Eustath. (p. 1935, 35.), qui exponens hæc verba e fine Od. X. (499.), Καὶ κύνεον ἀγαπαζόμεναι, scribit hinc videri sumsisse Homeri posteros usum verbi ἀγαπᾷν[1] pro φιλεῖν, et ἀγάπην pro φίλημα.

Ἀγαπᾷν, Contentum esse, Cicerone (de Univ.) interprete: quod enim Plato (in Timæo T. ix. p. 304. ed. Bipont.) dicit, Ἀλλ' ἐὰν ἄρα μηδενὸς ἧττον παρεχώμεθα εἰκότας, ἀγαπᾷν χρὴ, interpretatur, Contentique esse debetis, si probabilia dicentur. Vide Cic. interpret. p. 14. in Lex. Ciceroniano. [Glossæ: Ἀγαπῶν· Contentus, O.] Sic Isocr. in Panegyrico (T. i. p. 258. ed. Augeri) dixit, Ὥστε καὶ[2] τοὺς ἀφεστῶτας μηκέτι τὴν ἐλευθερίαν ἀγαπᾷν, ἀλλ' ἤδη καὶ τῶν ὁμόρων ζητεῖν ἐπάρχειν, i. e. Non jam libertate contenti essent, Non sat haberent esse liberi, Non boni consulerent libertatem. Non male exponitur in vulg. Lexicis, Ut non jam amplius libertatem affectarent. Sic in Πρεσβευτ. Libanius, Ἀγαπᾷν τοὺς ἀρχαίους ὅρους, Contenti esse antiquis finibus. Thucyd. vi. (18.), Οὐκ ἀγαπήσαντες τὴν ἐν τῷ παρόντι ἡσυχίαν. Demosth. Phil. ii. (p. 70. ed. Reisk.), Οὓς διὰ μὲν πλεονεξίαν τὰ παρόντα ἀγαπήσειν οἴεται, Contentos fore præsenti rerum statu. Pro eodem sæpe etiam dativo jungitur, ut significationem, ita et constructionem habens verborum ἀρκοῦμαι et στέργω.[3] Sic apud Lysiam (Orat. Funeb. super Humatis in Ceramico p. 82. Reisk.), Ὁ γὰρ τῆς Ἀσίας βασιλεὺς, οὐκ ἀγαπῶν τοῖς ὑπάρχουσιν ἀγαθοῖς, ἀλλ' ἐλπίζων καὶ τὴν Εὐρώπην δουλώσεσθαι. [Locum hunc et Phavor. laudavit. Grammaticus S. Germ. in Bekkeri Anecd. Gr. T. i. p. 129.: Ἀγαπῶ, δοτικῇ. Λυσίας ἐν τῷ Ἐπιταφίῳ· Ὁ γὰρ τῆς Ἀσίας βασιλεὺς, οὐκ ἀγαπῶν τοῖς ὑπάρχουσιν ἀγαθοῖς. Καὶ πρὸς αἰτιατικήν. Demosth. Or. in Bœot. de Nom. p. 1002., Οὐκ ἀγαπᾷ Βοιωτὸς τουτοισὶν, Bœotus his non contentus est.] Non raro et cum particula εἰ, vel ἢν, sive ἐὰν, (sive

A ἂν,) jungitur. Isocr. (Or. Areopag. T. ii. p. 146. ed. Augeri, Μηδ' ἀγαπᾷν, εἰ κακοδαιμονησάντων καὶ μανέντων ἀνθρώπων νομιμώτεροι γεγόναμεν. Idem Or. ad Phil. T. i. p. 322., Μὴ καὶ δόξω τισὶν ἀγαπᾷν εἰ χαριέντως αὐτοὺς ἠμυνάμην. Idem,) Οὐδ' ἐν τούτοις τοῖς κακοῖς ἠγάπησα, εἰ τοὺς οἰκείους τοὺς ἐμαυτοῦ διασῶσαι δυνηθείην. Dionys. Hal. Antiqq. Rom. ii., Οἵ τε ἀγαπῶντες καὶ τοῖς θεοῖς πολλὴν χάριν εἰδότες, εἴ τις αὐτοὺς εἴα τὴν ἑαυτῶν ἔχειν ἀσφαλῶς, i. e. Et qui boni consulebant, vel, Et qui præclare secum agi putabant, ac magnam Diis gratiam habebant, si etc. Xenoph. K. Π. viii. (2. 4.), Καὶ ἀγαπᾷν ἢν καὶ οὕτως ἱκανοὺς αὐτὸν τρέφειν ἐργοδότας λαμβάνῃ. [Isocr. Epist. T. i. p. 418. 5., Ὥστ' ἀγαπᾷν ἢν τὴν χώραν τὴν αὐτῶν ἔχωσιν. Dionys. Hal. Antiqq. Rom. viii. 47. T. iii. p. 1614. 8. ed. Reisk., Ἀλλ' ἀγαπᾷν, ἐὰν τὰ ἑαυτῶν ἔχειν τις αὐτοὺς ἐᾷ. Demosth. Olynth. iii. p. 37, 2. Reisk., Ὑμεῖς δ' ὁ δῆμος ἐκνενευρισμένοι καὶ περιῃρημένοι χρήματα, καὶ συμμάχους, ἐν ὑπηρέτου καὶ προσθήκης μέρει γεγένησθε, ἀγαπῶντες ἐὰν μεταδιδῶσι θεωρικῶν B ὑμῖν, ἢ βοΐδια πέμψωσιν οὗτοι. Lysias Accus. Dardanariorum p. 722. 6., Ἀλλ' ἀγαπῶμεν ἂν ὁποσουτινοσοῦν πριάμενοι παρ' αὐτῶν ἀπέλθωμεν.] Nonnunquam etiam cum infinitivo. Herodian. (ii. 15. 8. ubi vid. Irmischius,) Ἀγαπήσας ἄνευ μάχης καὶ κινδύνου λαβεῖν ταῦτα. [Idem iv. 15. 20., Ἀγαπῶν τε τοὺς αἰχμαλώτους καὶ τὰ χρήματα ἀναιμωτὶ ἀπολαβεῖν. Vide Zeunium ad Vigerum c. v. s. 4. p. 221. Lucianus Dial. Mort. xii. 4. T. i. p. 386. 49., Οὐκ ἠξίωσα, τὴν Μακεδόνων ἀρχὴν περιέπων, ἀγαπᾷν ἄρχειν ὁπόσων ὁ πατὴρ κατέλιπεν, Indignum existimavi, si, soli Macedonum regno incubans, contentus essem imperio, a patre mihi relicto. Theophrastus de C. P. iii. 2., Ὅσοι δὲ καὶ τὸ θεωρεῖν μᾶλλον ἀγαπῶσιν.] Sæpe cum participio. Luc. in Timone, Ἀγαπῶ ἀποφέρων τέτταρας ὀβολοὺς, [cap. 12. T. i. p. 121. 13., Ἀγαπάτωσαν ἄθλιοι, τέτταρας ὀβολοὺς ἀποφέροντες.] Idem alibi, Ἀγαπῶ συνὼν μιᾷ, [Dial. Mort. xxii. 4. T. i. p. 272, 8., Ἐρωτικὸς γάρ εἰμι, καὶ οὐκ ἂν ἀγαπήσαιμι συνὼν μιᾷ. Demosth. Περὶ Συντάξεως p. 175. 2., C Νῦν δ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δημοσίᾳ μὲν ἡ πόλις ἡμῶν τὰς ὁδοὺς ἀγαπᾷ κατασκευάζουσα, καὶ κρήνας, καὶ κονιάματα, καὶ λήρους. Isocr. in Panathenaico T. ii. p. 428. ed. Augeri, Τούτων ἁπάντων μοι συμβεβηκότων, τῶν μὲν * ὑπερβαλλόντως, τῶν δ' ἐξαρκούντως, οὐκ ἀγαπῶ ζῶν ἐπὶ τούτοις. Sequentia loca laudavit Schæferus in Mss.: Dionys. H. Antiqq. Rom. vii. 49. T. iii. p. 1420. Reisk., Οὐκ ἠγάπησε ταύτης τυχὼν τῆς χάριτος, Alciphr. i. 5., Ἐγὼ δὲ ἀγαπῶ τὴν τῶν ἀναγκαίων εὐπορίαν ἐκ τῆς καθημερινῆς ἐργασίας τῶν χειρῶν πορίζόμενος, ubi vid. Berglerus, i. 38., Ἀλλ' ὑπὸ τοὐμὸν ἠγάπα κοιμωμένη χλανίσκιον τὸ λιτὸν τοῦτο καὶ δημοτικὸν, iii. 61., Ἀλλ' ἐγὼ μὲν ἐν ταπεινῷ τῷ σχήματι τὴν πατρῴαν ἀποβαλὼν οὐσίαν, ἀγαπῶ τῇ γαστρὶ τὴν ἀναγκαίαν πλησμονὴν ἐκπορίζων.[4]] Cum particula ὅτι apud Hom. Odyss. Φ. (289.), Οὐκ ἀγαπᾷς, ὅθ' ἕκηλος ὑπερφιάλοισι μεθ' ἡμῖν Δαίνυσαι;

habeamus, participium tamen pro eo usurpari posse, minime dubitamus, præsertim cum φιλεῖν, solere, et cum participio, (ut in Aristophanis loco, φιλεῖς δρῶσα,) et cum infinitivo, (ut in Luciani Adv. Indoctum xviii. T. iii. p. 114., Ὡς φιλεῖ τὰ τοιαῦτα ἐν ξυνουσίᾳ προχωρεῖν ἐς μῆκος λόγων,) jungatur. Sic Anglice dicimus, 'I love doing so,' 'I love to do so.'

[1] "Ἀγαπᾶν scribendum sine ι subscripto, non ἀγαπᾷν. A veteribus enim Græcis hujusmodi traditur regula: Τὰ εἰς ᾶν ἀπαρέμφατα οὐκ ἔχει τὸ ι προσγεγραμμένον· ὅτι τὰ εἰς ν λήγοντα ῥήματα οὐδέποτε ἔχει πρὸ τοῦ ν τὶ ἀνεκφώνητον, h. e. Infinita in ᾶν desinentia non habent ι subscriptum, quia verba in ν finita nunquam habent ante ν quicquam non prolatum. Quicquid enim in verbis præcedit ν plene profertur, quod exemplis patet: ut, τύπτειν, ἐτύφθην, ἐτύπην, τυφθείην, τυπείην, ποιεῖν, ἐποίεον—ἐποίουν, ἐβόαον—ων, ἐβοήθην, βοηθείην, etc. Sic Etymologus [p. 201. 50.], eumque secutus Urbanus, aliique Grammatici, quod etiam in correctissimis librorum exemplaribus accuratissime observatur." Vir doctus hæc notavit ad Vigerum de Præcip. Gr. Dict. Idiotism. p. 220. ed. Lips. 1813. Irmischius ad Herodiani Indicem v. Ἀγαπᾷν Vigero ipsi verba ista tribuit. Sed eum falli, satis patet ex Hoogeveenii præfatione, ubi legitur p. xxi.: "Retinui quæ a viro quodam docto addita in Leidensi Editione his signis [ ] inclusa inveniuntur."

[2] Καὶ in Augeri Editione non legitur.

[3] Dinarchus p. 63. T. iv., * Στερκτέον εἴη τοῖς συμβαίνουσιν. Etymologus v. Στέργω p. 725. 55. de constructione verbi στέργειν præcipit, Εἰ μὲν συντάττεται, inquiens, μετὰ δοτικῆς, σημαίνει τὸ ἀρκοῦμαι, εἰ δὲ μετὰ αἰτιατικῆς, σημαίνει τὸ ἀγαπῶ καὶ φιλῶ. Phavorinus: Ἀγαπῶ· τὸ φιλῶ, αἰτιατικῇ συντάσσεται, οἷον, Ἀγαπῶ τοὺς φίλους, Ἀγαπῶ σε πλέον τούτων. Ἀγαπῶ δὲ τὸ ἀρκοῦμαι, δοτικῇ, ὡς παρ' Ὁμήρῳ, καὶ Λυσίας· Ὁ γὰρ τῆς Ἀσίας βασιλεὺς οὐκ ἀγαπῶν τοῖς ὑπάρχουσιν ἀγαθοῖς, ἀλλὰ ἐλπίζων τὴν Εὐρώπην δουλώσασθαι (δουλώσεσθαι), ἔστειλε πεντήκοντα μυριάδας στρατιάν. Sed uterque fallitur; nam, ut ex exemplis a Nostro laudatis satis patet, et στέργειν et ἀγαπᾷν, cum pro ἀρκεῖσθαι ponantur, modo dativum, modo accusativum comitem habent. Vide Fischeri Animadvv. ad Gram. Gr. Velleri iii. p. 409-10. Ceterum Phavorinus his verbis, Ἀγαπῶ δὲ τὸ ἀρκοῦμαι, δοτικῇ, ὡς παρ' Ὁμήρῳ, splendide erravit. Homerus enim nusquam ἀγαπῶ τὸ ἀρκοῦμαι usurpavit. Sed ecce iterum Crispinus ille: Ἀγαπῶ· φιλῶ, ἀσπάζομαι, στέργω, πείθω, ἐρῶ· ὅπερ Ὅμηρος ἔπεισε τοὺς ὕστερον ἐπὶ τοῦ ἀρκεῖσθαι τιθέναι, ὃ καὶ μετὰ δοτικῆς ἐκεῖνοι συντάσσουσιν, ὡς φθάσαντες εἴπομεν. Imo in loco, ad quem nos hic remittit, dixerat Homerum ipsum verbum ἀγαπᾷν dativo junxisse. Cf. Eustath. p. 1910, 30.

[4] "Scriptum ἐκπορίζειν. Potest et ἐκποριζόμενος, ut supra." Bergler. "Quem locum Alciphronis alium in mente habuerit Berglerus, non habeo dicere. Ad sensum similis est Lib. i. Ep. 13., Ἀγαπητῶς ἐκπορίζοντα, non ἐκποριζόμενον." Wagner.

[" Non pro magno id suscipis, quod quietus nobis- A cum valde nobilibus epularis?" Dammius in Lexico p. 150. Eustath. p. 1910. 30., Τὸ δὲ ῥηθὲν οὐκ ἀγαπᾷς ἐκεῖσε τοὺς ὕστερον ἐπὶ τοῦ ἀρκεῖσθαι τιθέναι τὸ ἀγαπᾷν, ὃ καὶ μετὰ δοτικῆς ἐκεῖνοι συντάσσουσιν, quam observationem haud ineptam esse notat Zeunius ad Vigerum l. c. Vide Phavor. in v. qui ad Eustathii verba respexit.] (Quod imitatus Lucianus dixit (in Nigrino xxi. T. i. p. 59.), Τοὺς ἐντυγχάνοντας ἀλλοτρίᾳ φωνῇ προσαγορεύοντες, ἀγαπᾷν ἀξιοῦντες, ὅτι μόνον αὐτοὺς προσέβλεψαν. Ubi male putatur, qui error est et in Lexx. vulg., ἀγαπᾷν absolute positum hic esse pro ἱκανὸν εἶναι, satis esse, perinde ac si dixisset, ἀγαπητὸν εἶναι: quum Græce dici non possit, τοῦτο ἀγαπᾷ, pro τοῦτο ἀγαπητόν ἐστι. Non igitur ita verti debet, ut illic vertitur, Satis esse rati, si solum aspexerint. Nam ἀγαπᾷν non refertur ad eos qui resalutant, sed ad obvios qui salutantur. Et intelligendum est, ἀξιοῦντες τοὺς ἐντυγχάνοντας ἀγαπᾷν, hoc sensu, Æquum esse judicantes ut obvii contenti sint se fuisse ab ipsis aspectos tantummodo. B Ad verbum, Contenti sint quod solum eos respexerint. [Idem in Deorum Concilio iii. T. iii. p. 529., Πολλοὶ γάρ, φημί, οὐκ ἀγαπῶντες ὅτι αὐτοὶ μετέσχουσι τῶν αὐτῶν ἡμῖν ξυνεδρίων. Thucyd. vi. 36., Ἐπεὶ ἔγωγε ἀγαπᾷν οἴομαι αὐτοὺς ὅτι οὐχ ἡμεῖς ἐπ' ἐκείνους ἐρχόμεθα, πόλεις τοσαῦται, καὶ οὕτω μεγάλαι. Jungitur et cum præpos. ἐπὶ, ut notat Irmischius ad Herodian. ii. 15. 8., a Luciano in Judicio Vocalium T. i. p. 83., Ὥστε ἐφ' οἷς ἡσύχασα πολλάκις οὐκ ἀγαπῶν, quod ibi vertitur: Ut non sit contentum iis, quæ ego sæpe dissimulavi. Sed hic ἐπὶ ad verbum ἡσύχασα [1] referri possit. Nescimus cujus sint verba hæc a Vigero adlata in Libro de Præc. Gr. Dict. Idiotismis cap. v. sect. iv. p. 221., Ἐπὶ τοῖς ἐν τῇ πολιτείᾳ καθεστῶσιν ἀγαπᾷν, Contentum esse iis, quæ constituta in republica fuerint Suidas et Grammaticus S. Germ. in Bekkeri Anecd. Gr. T. i. p. 324.: Ἀγαπᾷν· τὸ ἀρκεῖσθαί τινι καὶ μηδὲν πλέον ἐπιζητεῖν. Zonaras p. 38.: Ἀγαπᾷν· ὅπερ ἐστὶν ἐξ ἀγάπης, λέγεται δὲ καὶ τὸ ἀρκεῖσθαι. Ponitur abso- C lute ac sine casu in Luciani Necyomantia xvii. T. i. p. 480., Ἐπειδὰν γάρ, ὦ ἑταῖρε, ὁ Αἰακὸς ἀπομετρήσῃ ἑκάστῳ τὸν τόπον, δίδωσι δὲ τὸ μέγιστον οὐ πλέον ποδός, ἀνάγκη ἀγαπῶντα κατακεῖσθαι πρὸς τὸ μέτρον συνεσταλμένον: de Merc. cond. xxi. T. i. p. 677., Ἀγαπᾷν δ' ὅμως ἀναγκαῖον. Vide Irmisch. ad Herodiani L. ii. 15. 8.]

Ἀγαπᾷν, Acquiescere, sed non accipiendo verbum istud pro Contentum esse, ut quum hæc Isocr. verba (e Panegyrico T. i. p. 258. 22. ed. Augeri,) Μηκέτι τὴν ἐλευθερίαν ἀγαπᾷν, Budæus interpretatur, ' Non jam acquiescerent in libertate,' sed pro Gratum acceptumque habere et approbare. Interdum cum dativo, ut ἀγαπῶ τοῖς δεδιῃτημένοις, Acquiesco quæ statuta sunt ab arbitris, Grata acceptaque habeo, vel Approbo. In qua significatione idem valet ἀγαπῶ quod ἀρέσκομαι, i. e. Acquiesco et mihi satisfit et placet conditio: ut Budæus interpretatur, citans hunc Luciani locum e Menippo, ubi hæc duo verba copulavit, Δεῖ γὰρ ἀρέσκεσθαι καὶ ἀγαπᾷν τοῖς παροῦσι, καὶ μηδὲν αὐτῶν ἀφόρητον οἴεσθαι, [T. i. p. 436., D Ὅπερ οἶμαι καὶ φασί, συνετὸν ὄντα ἀρέσκεσθαι καὶ ἀγαπᾷν τοῖς παροῦσι, καὶ μηδὲν αὐτῶν ἀφόρητον οἴεσθαι. " Nihil est apud veteres isto monito ad conciliandam animi tranquillitatem accommodatissimo familiarius, ἀγαπᾷν, στέργειν δεῖ τὰ παρόντα, εὖ τίθεσθαι τὰ παρόντα, ἀρέσκεσθαι, ἀρκεσθῆναι τοῖς παροῦσι, τῇ παρούσῃ καταστάσει, sic ut parœmiæ communis imaginem sæpissime gerat: vide M. Antonin. x. 1. Ad illam normam versionem exegi: ' Scilicet quod, puto, vulgo dicunt, ut is, qui sit prudens, acceptis fruatur contentusque sit præsentibus, nihilque eorum tale existimet, quod tolerari nequeat.' " T. Hemsterh. Lucianus in Pisc. sive Revivisc. x. T. i. p. 579., Ὥστε ἀπίωμεν εἰς τὴν φιλοσοφίαν, ἡ δὲ δικασάτω, καὶ ἡμεῖς ἀγαπήσομεν οἷς ἂν ἐκείνη διαγνῷ, Et nos sententia illius stabimus. Idem pro Imaginibus xv. T. ii. p. 493., Πότερα οὖν ἐθέλεις, ἀγαπήσαις τοῖς ἐγνωσμένοις ἡσυχίαν ἄγω; ἤ, κατὰ τὸν Ἱμεραῖον ποιητήν, παλινῳδίαν τινὰ συγγράφω; ἢ δώσετέ μοι ἐφέσιμόν τινα γενέσθαι τὴν δίκην; Idem in Jove confutato xix. T. ii. p. 641., Εἰ δὲ μὴ ῥᾴδιόν σοι ἀποκρίνασθαι πρὸς ταῦτα, ὦ Ζεῦ, καὶ τούτοις ἀγαπήσομεν, οἷς ἀπεκρίνω. In his tribus locis ad forensem adluditur formulam, ἀγαπᾷν τὰ ἐγνωσμένα, s. τοῖς ἐγνωσμένοις. Vide Budæi Comment. L. G. p. 45. ed. 1556.] Cum accusativo autem videtur idem significare in hoc Plutarchi loco, Ἠγάπησαν τὸ πραχθὲν ὑπὸ τῶν γυναικῶν, perinde ac si dixisset ἀπεδέξαντο: nam pro ἀποδέχεσθαι sumi, auctor est Suidas [et ex eo Phavor. Συναγωγὴ λέξεων χρησίμων ἐκ διαφόρων σοφῶν τε καὶ ῥητόρων πολλῶν, in Bekkeri Anecd. Gr. T. i. p. 324.: Ἀγαπᾷν· ἀποδέχεσθαι. Plutarchus in Numa xiv. T. i. p. 278. Reisk.: Εἰ μὴ νὴ Δία τοῖς Αἰγυπτίοις τροχοῖς αἰνίττεταί τι καὶ διδάσκει παραπλήσιον ἡ μεταβολὴ τοῦ σχήματος, ὡς οὐδενὸς ἑστῶτος τῶν ἀνθρωπίνων, ἀλλ' ὅπως ἂν στρέφῃ καὶ ἀνελίττῃ τὸν βίον ἡμῶν ὁ Θεός, ἀγαπᾷν καὶ δέχεσθαι προσῆκον. " Habet etiam hunc usum rariorem, ut notet, Amicis et blandis verbis aliquem compellare, et ex adjuncto, laudare, approbare. Marc. x. 21., Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἠγάπησε αὐτὸν, Et Jesus laudavit ejus studium legis servandæ, aut blandis verbis eum compellavit: alii, ut Elsnerus Comment. in Marc. p. 174., vertere malunt, Contentus erat eo. 2 Paral. xviii. 2., Ἠγάπα αὐτὸν ἀναβῆναι. Psalm. lxxviii. 36., Ἠγάπησαν αὐτὸν ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. Cf. Fesselii Adverss. Sacra x. 1. et Lud. de Dieu Crit. Sacr. p. 414. seq." Schleusnerus in Lex. Omnino vide Bielii Thes. h. v., cui, haud præter rationem, in 2 Paral. xviii. 2., ἠπάτα, Persuadebat, pro ἠγάπα, et in Ps. lxxviii. 36., ἠπάτησαν, Decipere conati sunt, pro ἠγάπησαν legendum videtur.]

[" Ἀγαπάω, ut verbum τιμάω, officia debita alicui præsto, et quidem amore et benevolentia ductus, Ephes. v. 25., Ἀγαπᾶτε τὰς γυναῖκας. Col. iii. 19. Hinc factum est, ut formula ἀγαπᾷν τὸν Θεὸν in N. T. in universum notet, Deum pia et sancta mente colere. Matth. xxii. 37. Marc. xii. 33. 1 Cor. ii. 9. viii. 3. 1 Jo. iv. 20. coll. Ps. xcvii. 10. cxlv. 21. et ἀγαπᾷν τὸν Χριστὸν is dicatur, qui verus est Christi sectator et cultor. Jo. viii. 42. xiv. 15. 21. et 23. Ephes. vi. 24. et ipse Christus Jo. xiv. 31. invicem permutet formulas, Ἀγαπῶ τὸν πατέρα, et Καθὼς ἐνετείλατό μοι ὁ πατήρ, οὕτω ποιῶ." Schleusnerus in Lex. " Cicero in Lælio 100. c. xxvii.: ' Amare nihil aliud est, nisi eum ipsum diligere, quem ames, nulla indigentia, nulla utilitate quæsita.' Hæc forte finitio induxit Sanctium Miner. 1, 2. et 3, 2. ut negaret, recte dici, Ego amo Deum, aut Deus amatur a me, quod nempe, indigentia nostra, utilitas nostra nunquam abest. Sed agit nempe Cicero de pulcerrimo genere amoris inter homines. Cæterum Plaut. Pœn. i. 2, 70. Deos quoque edepol et amo et metuo. Et Sen. Epist. 47., Id dominis parum esse, quod Deo satis est, qui colitur et amatur. Illud tamen

Imo Berglero, ni fallimur, in animo erat locus, qui legitur in L. i. Ep. 5., Ἐγὼ δὲ ἀγαπῶ τὴν τῶν ἀναγκαίων εὐπορίαν ἐκ τῆς καθημερινῆς ἐργασίας τῶν χειρῶν ποριζόμενος: ibi enim in nota Berglerus habet ἐκποριζόμενος, tanquam si sic suo in textu edidisset, cum revera ibi legatur ποριζόμενος. Quid igitur de hac re statuendum est? Utrum ποριζόμενος, typothetæ culpa, in Bergleri, deinde in Wagneri textum pro ἐκποριζόμενος irrepsit? An Berglerus ipse in nota ἐκποριζόμενος negligenter pro ποριζόμενος scripsit, deinde vero in nota ad L. iii. 61. suum errorem repetiit? Nobis videtur in textu pro ποριζόμενος reponendum ἐκποριζόμενος, ut ἐκπορίζων in L. iii. 61. Ut ut sit, vulgata tamen lectio satis proba est; nam e Xenophontis Œcon. xi. 10. Berglerus affert: Πολλοὶ δ' ἀγαπῶσιν, ἢν δύνωνται τὰ ἑαυτοῖς ἀρκοῦντα πορίζεσθαι. V. Lex. Xenoph. v. Πορίζεσθαι.

[1] " Στέργειν τοῖς ὡρισμένοις ὑπὸ τοῦ δικάζοντος, Ἐμμένειν τοῖς κριθεῖσιν, Τοῖς γνωσθεῖσιν ἐφησυχάζειν, Τοῖς κεκριμένοις ἐναπομένειν, Τοῖς δεδογμένοις ἐναναπαύεσθαι, Acquiescere rebus judicatis, et re judicata, ut Cicero locutus est." Budæus Comment. L. G. p. 45. ed. 1556. Ἀτρεμεῖν vero et ἡσυχάζειν fere tantum cum ἐπὶ et dativo casu construi, notat Vigerus cap. v. sect. 4. p. 221. Sic verbum στέργειν cum præpos. ἐπὶ et dativo casu ab Isocrate de Pace T. i. p. 405. Panath. T. ii. p. 203. Demosth. T. ii. p. 996. et verbum contrarium δυσφορεῖν a Josepho Archæol. vi. 1. jungi, notavit Fischerus Animadvv. ad Gram. Gr. Velleri iii. p. 410.

fatendum, diligendi vocabulo fere uti Vulgatum interpretem, v. g. Deut. vi. Rom. vii. 1 Jo. iv. etc." Gesnerus Thes. L. L.]

['Αγαπῆν, pro ἀγαπᾶν, habet Callicratidas apud Stob. S. lxxxiii. p. 486. 42. "Hæc infinitivi forma, Atticis et Ionibus non infrequens, Doriensibus quoque valde fuit usitata," inquit Kœnius ad Gregor. Cor. p. 228.]

Suidas: 'Αγαπῴην εὐκτικῶς. [Etym. M. p. 6, 5.: 'Αγαπῴην· ῥῆμα εὐκτικόν. 'Αγαπάω ἀγαπῶ, ἀγαπάοντος ἀγαπῶντος, ἀγαπάοιμι ἀγαπῷμι· τὸ τρίτον, ἀγαπάοι ἀγαπῷ. Καὶ οἱ Ἴωνες ἐν τοῖς τρίτοις προσώποις τῶν εὐκτικῶν εἰώθασιν * ἐπεντιθέναι τὸ η· καὶ ἀναλόγως πάλιν τὸ πρῶτον γίνεται ἀγαπῴην. Κανὼν γάρ ἐστιν ὁ λέγων, πᾶν τρίτον πρόσωπον εἰς η λῆγον προσθήκῃ τοῦ ς ποιεῖ τὸ δεύτερον, καὶ τροπῇ τοῦ ς εἰς ν τὸ πρῶτον. Idem p. 413, 39.: Τὸ εὐκτικὸν, ζάοιμι ζῷμι· τὸ δεύτερον, ζάοις, ζῷς· ζάοι, ζῷ· καὶ ἐν τῷ τρίτῳ προσώπῳ οἱ 'Αττικοὶ προστιθοῦσι τὸ η, καὶ γίνεται ζῴη. 'Απὸ δὲ τρίτον ποιοῦσι τὸ δεύτερον, προσθέσει τοῦ σ, ζῴης· καὶ τροπῇ τοῦ ς εἰς ν, τὸ πρῶτον, ζῴην, ὡς ἀγαπῴην. Respicitur forte ad Xenophontis K. Π. iv. 3. 4. p. 131.: Νῦν μὲν γὰρ ἔγωγε ἀγαπῴην, ἐξίσου τῷ θεῖν ὁρμηθεὶς ἀνθρώπῳ, μόνον τῇ κεφαλῇ προσχὼν, ἄν τε θηρίον παραθέον ἰδὼν δυνηθῶ διατεινόμενος φθάσαι, ὥστε ἀκοντίσαι ἢ τοξεῦσαι πρὶν πάνυ πρόσω αὐτὸ γενέσθαι. Alii mollius legunt, ἀγαπῶ, ἢν—προσχῶ. Idem K. A. i. 1. 4., 'Αγαπῴη δ' ἂν, εἰ τοῦ ἑαυτοῦ ἔθνους ἄρχων διαγένοιτο, Præclare secum agi putet, si suæ genti imperare possit. Vide locum supra e Plat. Lyside citatum. Συναγωγὴ Λέξεων χρησίμων ἐκ διαφόρων σοφῶν τε καὶ ῥητόρων πολλῶν in Bekkeri Anecd. Gr. T. i. p. 325.: 'Αγαπῴην ἄν· ἀγαπητόν μοι ἦν ἄν.]

'Αγαπάομαι, ῶμαι, Passivum, Amor, Diligor. Aristot. Rhetor. i. (11. 17. p. 125. ed. Buhlei,) Τὸ δὲ φιλεῖσθαι ἀγαπᾶσθαί ἐστιν αὐτὸν δι' αὐτόν. [Pindari Isthm. vi. 102., Ξένων εὐεργεσίαις ἀγαπᾶται, Amatur ob benefacta in hospites. Xenoph. K. Π. viii. 73. p. 545., Ὑπὸ τῶν γονέων ἀγαπώμενοι. Plato in Phædone lix., Ὧν καὶ τὰ ἐνθάδε λιθίδια εἶναι ταῦτα τὰ ἀγαπώμενα μόρια, σάρδιά τε καὶ ἰάσπιδας, καὶ σμαράγδους, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα. "Τὰ λιθίδια τὰ ἀγαπώμενα sunt lapides pretiosi, cari, qui magni æstimantur, nempe gemmæ." Fischerus. Plut. in Romulo xix. T. i. p. 119. Reisk., Τοιαῦτα μὲν ἠγαπήθημεν ὑπὸ τούτων, τοιαῦτα δὲ ὑφ' ὑμῶν ἐλεούμεθα. Sir. xlvii. 1., 'Ηγαπήθης ἐν εἰρήνῃ, Carus fuisti in pace tua. Rom. ix. 25., Καὶ τὴν οὐκ ἠγαπημένην καλέσω ἠγαπημένην, Neglectos hucusque insignibus ornabo beneficiis. Cf. Luc. vii. 5. Jo. xiv. 21, 23. Apoc. xx. 9. "Hinc in Epistt. Paull. qui Dei singulari benignitate ad religionem Christianam adducti sunt, κατ' ἐξοχὴν dicuntur ἠγαπημένοι, Coloss. iii. 12. et ἠγαπημένοι ἀπὸ Θεοῦ, 1 Thess. i. 4." Schleusnerus in Lex.] ‖ Nonnunquam et de amore venereo: unde participia 'Αγαπώμενος et 'Αγαπωμένη, quæ tanquam nomina usurpantur pro ἐρώμενος et ἐρωμένη, i. e. amasius et amasia, seu amica. Luc. in Nigrino (vii. T. i. p. 45.), Καὶ ὥσπερ οἱ ἐρασταὶ, τῶν παιδικῶν οὐ παρόντων, ἔργ' ἄττα καὶ λόγους εἰρημένους αὐτοῖς διαμνημονεύουσι, καὶ τούτοις ἐνδιατρίβοντες ἐξαπατῶσι τὴν νόσον, ὡς παρόντων σφισὶ τῶν ἀγαπωμένων. Idem

A (Dial. Mar. iii. 2. T. i. p. 297.), Χώρει παρὰ τὴν ἀγαπωμένην. [Idem in Jove Tragœdo ii. T. ii. p. 644., Εἶτα βουλεύεσθαι ταῦρον, ἢ σάτυρον, ἢ χρυσὸν γενόμενον, ῥυῆναι διὰ τοῦ ὀρόφου εἰς τὸν κόλπον τῆς ἀγαπωμένης. J. Poll. iii. 71., 'Ερώμενος δ' ἂν φαίης, καὶ ἐρωμένη, παιδικὰ, στεργόμενος, στεργομένη, φιλούμενος, φιλουμένη, ἀγαπώμενος, ἀγαπωμένη.]

[Zonaras p. 38.: 'Αγαπᾶν· ὅπερ ἐστὶν ἐξ ἀγάπης. "Est pro ἀγαφάω, ab ἄγαν, valde, et ἀφάω, contingo; compositum; applico quasi me valde ad aliquid, suscipio quid amplexu meo. Primæ notio est amatoria." Dammius in Lex. p. 150. "Ab ἀγάω, ἀγάπω, sic Oppiani Cyneg. iii. 96. ἀγάσαντο pro ἠγάπησαν." Schneiderus in Lex. Locus Oppiani est hic:—Ἔξοχα δ' αὖ τάδε φῦλα φίλην ἀγάσαντο γενέθλην, Admirari solent, et, ex adjuncto, amare: sic ἄγαμαι, ut Schneiderus ipse in voce scribit, ponitur pro Amo, in sensu morali, apud Xenoph. Sympos. viii. 29., Ζεύς τε γὰρ, ὅσων μὲν θνητῶν οὐσῶν μορφῆς ἠράσθη, συγγενόμενος, εἴα αὐτὰς θνητὰς εἶναι· ὅσων δὲ ψυχὰς ἀγασθείη, ἀθα-
B νάτους τούτους ἐποίει. Herod. iv. 75., Οἱ δὲ Σκύθαι ἀγάμενοι τῇ πυρίῃ ὠρύονται, Suffitu hoc delectantur et ululant. J. Poll. v. 113.: Φιλῶ τὸν δεῖνα, ὑπερφιλῶ, στέργω, * ὑπερστέργω, ἀγαπῶ, ὑπεραγαπῶ, ἄγαμαι, καὶ τοῦτ', εἰ βούλει, μετὰ τῆς ὑπέρ. Hemsterhusius ad J. Poll. x. 21. p. 1164. b., a Schæfero in Mss. laudatus, "vestigia veteris verbi πάω conspicit in ἀγαπάω, quod dictum quasi ἄγαν πάω, summo opere curam alicujus gero."]

'Αγάπημα, Dilectio, ἀγάπησις. ‖ Item, Res seu Persona quæ diligitur. Crates (Thebanus) in quodam Epigr. (apud Brunckii Anal. i. p. 186.), Χαῖρε θεὰ δέσποιν', ἀνδρῶν ἀγαθῶν ἀγάπημα, Εὐτελίη, κλεινῆς ἔκγονε Σωφροσύνης· Σὴν ἀρετὴν τιμῶσιν ὅσοι τὰ δίκαι' ἀσκοῦσι, Virorum bonorum amor, ut Virg. (E. vii. 21.), Nymphæ, noster amor, Libethrides, τὸ ἡμέτερον ἀγάπημα. Sic Cicero Phil. vi. (12. c. 5.) dicit Antonium amores deliciasque suas. [Idem Att. xvi. 6., Piliæ salutem dices, et Atticæ, deliciis atque amoribus meis. Sic Titus Vespas., Sueton. i., vocatur Amor ac
C Deliciæ Generis humani. Idem Suetonius de Illustr. Grammat. c. iii.: Pretia Grammaticorum tanta, mercedesque tam magnæ, ut constet Lutatium Daphnidem, quem Lenæus Melissus, per cavillationem nominis, Πανὸς ἄγημα dicit, ducentis millibus nummûm Quinto Catulo emtum ac brevi manumissum. "Ubi alii Πανὸς ἄγημα, alii Πανὸς ἄγαλμα, alii aliud. Sed omnes perperam. Editio Mediolan., Panosagasema. Scribendum omnino, unius literæ mutatione, Πανὸς ἀγάπημα, *Pan's delight*. Quo allusum ad Daphnidem, pastorem illum Siculum, qui Pani in deliciis fuit. Hesych.: Μέλημα· οὗ τινὸς ἄν τις φροντίζοι, ἀγάπημα.—Huc accedit Axionicus Comicus apud Athen. viii. p. 342., Ὀψοφάγων καὶ λίχνων ἀνδρῶν ἀγάπημα. Quod festive admodum λίχνευμα vocat Sophron[1] in Mim. Muliebr." Toup. Emendd. in Suid. iii. p. 154., a Schæfero in Mss. laudatus. "Legit T. H. in præf. ad J. Poll. Πανὸς μέλημα, eleganter, sed verius, puto, ἄγαλμα: recte tamen * ἄγημα, ab ἄγαμαι, Admiror." Toup. l. c. iv. p.
D 212.]

'Αγάπησις, (ἡ,) Dilectio, pro ἀγάπη, Atticorum[2] est: ut πρέσβευσις pro πρεσβεία, ut inquit Corinthus

[1] "Locus Sophronis, qui apud Athenæum [iii. p. 86. e.] et Demetrium Phalereum [clii. p. 88. ed. Fischeri] admodum depravatus est, ita legendus et distinguendus est: Τίνες δ' ἐντί ποκα, φίλα, ταίδε τοι Μακραὶ κόγχαι; Β. σωλῆνες· Τοῦτί γα * γλυκυκρέων κογχύλιον, Χηρᾶν γυναικῶν λίχνευμα." Toup. In Athenæi edit. Ven. et Ms. A. legitur θὴν post σωλῆνες, et sic edidit Schweigh. Pro χηρᾶν, quod cum editis tenuit Toupius, χήραν penacute dedit codex Schweigh. uterque, quod probum judicavit Schweigh., quoniam adjectivum h. l. non substantivum nomen est. * Γλυκύκρεον per ο in fine scribit Ms. A. et sic Demetr. Phalereus, (ut notare debuerat Schweigh.), sed γλυκύκρεων per ω tenet Ms. Ep. "Ad ambiguitatem, in qua ludit poeta, pertinet quod Hesych. v. Σωλῆνες adnotavit, Τάσσεται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν μορίων, sc. τῶν τοῦ ἀνδρὸς αἰδοίων, ut jam olim interpretatus est Gesnerus de Aquat. p. 1036." Schweigh. "*Solenes*, inquit Plinius, *pisces sunt testacei generis, quorum conchæ instar tubuli oblongæ sunt*. Hinc est, quod Σωλῆνες ἐπὶ μορίων τάσσεται, ut vult Hesych., non quidem muliebrium, ut credidit Victorius, sed virilium. Atque adeo sub hac metaphora latet obscœnum quiddam; et lateat. Σωλῆνας Epicharmus apud Athen. [iii. p. 85. d.] * μακρογογγύλλους [* μακρογογγύλους Ms. A.] vocat, quod ipsum ea, quæ dixi, multum confirmat." T. Galeus.

[2] Gregor. Cor. p. 50.: Τὴν πρεσβείαν πρέσβευσιν, καὶ τὴν καταβοὴν καταβόησιν, καὶ τὴν ἀγάπην ἀγάπησιν, καὶ μᾶλλον ὁ Θουκυδίδης. "Hæc, Καὶ τὴν ἀγάπην ἀγάπησιν, non puto a Gregorio Cor. profecta, sed a lectore libelli addita esse; cujusmodi additamenta multa, inprimis in Cod. c., interdum plane aliena illa a consilio nostri scriptoris reperiuntur. Omnino in scriptis Grammaticorum, qualis Gregorius est, haud raro maxime cavendum, ne, quo quis plura liber tenet, eo plus auctoritatis illi tribuendum putes." Bast. Quod neque in Thucydide, neque in ullo Attico scriptore, nec in Schol. ad Thucyd. i. 73., unde sua forte sumserit Gregorius Cor., vox ἀγάπησις reperiatur, Bastii sententiam evidenter confirmat. At, dices, legitur in Plat. Definitionibus p. 413. b. Legi quidem ibi concedimus. Sed libellus iste, a Diog. L. non memoratus, Platoni abjudicandus videtur: Platoni tamen tribuitur ab Ammonio in Παίδευσις, ubi L. C. V. hæc notavit;—"In Platonis Definitionibus legitur, Παιδεία,

de Attica Dialecto[1] (p. 50. ed. Schæferi.) Plut. in Pericle xxiv. T. i. p. 639. ed. Reisk., *Φαίνεται μέντοι μᾶλλον ἐρωτική τις ἡ τοῦ Περικλέους ἀγάπησις γενομένη πρὸς Ἀσπασίαν,*) *ἀγάπησιν ἐρωτικὴν* vocat dilectionem amatoriam, i. e. ex sagittis cupidineis provenientem. [Idem in Comparatione Thesei cum Romulo T. i. p. 154., *Ἔπειτα τῇ μετὰ ταῦτα τιμῇ καὶ ἀγαπήσει καὶ δικαιοσύνῃ περὶ τὰς γυναῖκας ἀπέδειξε τὴν βίαν ἐκείνην καὶ τὴν ἀδικίαν, κάλλιστον ἔργον καὶ πολιτικώτατον εἰς κοινωνίαν γενομένην.* Idem in Coriolano xxxvii. T. ii. p. 155., *Μάλιστα δὲ τῇ περὶ τὰς γυναῖκας ἀγαπήσει καὶ τιμῇ τῆς τε βουλῆς τοῦ τε πλήθους ἅπαντος, ἔνδηλος ἦν ἡ χαρὰ τῆς πόλεως.* Idem in

A Septem Sapientum Convivio T. vi. p. 561. *Ἀλλὰ πρὸς φιλίαν καὶ ἀγάπησιν ἀλλήλων προτρέπεται καὶ παρακαλεῖ τὸν βίον.* Idem in Amatorio T. ix. p. 79., *Ἡ δ' ἀπὸ ταύτης ἀναβλαστάνουσα καθ' ἡμέραν τιμὴ καὶ χάρις καὶ ἀγάπησις ἀλλήλων.* Jamblichus de Pythag. Vita xx., *Ἔπειτα, εἰ παρέπεταί τις αὐτοῖς ἀγάπησις καὶ σωφροσύνη πρὸς τὰ διδασκόμενα.* Pseudo-Plato in Definitionibus p. 413. b., a Routhio ad Hederici marginem laudatus, *Ἀγάπησις, ἀπόδειξις παντελής.* Cf. Diog. L. vii. 116. Suid. v. *Εὐπάθεια,* Andronicum Rhod. de Animi Affectionibus ed. Oxon. 1809. p. 526. et Clem. Alex. Strom. ii. p. 451, 9. ubi v. Potterus, qui pro *ἀπόδειξις* legendum conjicit

A Potest et ad Heraclitum referri, res humanas perpetuo fletu prosequi solitum. Contra, duros et inexorabiles, adamantinos, ferreos, et corneis fibris dicimus. Licebit et huc detorquere, quod boni fere cum paupertate rem habent, multaque coguntur perpeti." Erasmus Chil. ii. Cent. 7. Adag. 64. "Οἱ ἀγαθοὶ sunt ἀριδάκρυες: hinc heros flet, navibus timens, Il. I. 432., Ὀψὲ δὲ δὴ μετέειπε γέρων ἱππηλάτα Φοῖνιξ, Δάκρυ' ἀναπρήσας, πέρι γὰρ δίε νηυσὶν Ἀχαιῶν," Dammius in Lex. p. 6. Homeri Il. T. 5., Εὗρε δὲ Πατρόκλῳ περικείμενον ὃν φίλον υἱὸν, Κλαίοντα λιγέως. Scholia Veneta: Πάντας τοὺς ἥρωας ἁπλότητος χάριν εὐχερῶς ἐπὶ τὰ δάκρυα ἄγει, Ἀγαμέμνονα, Πάτροκλον, Ὀδυσσέα, ἀφ' οὗ καὶ ἡ παραβολὴ, Αἰεὶ δ' ἀριδάκρυες ἄνδρες ἐσθλοί.]

["Αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτας ἵενται, Sponte bonis mos est convivia adire bonorum. Hexameter proverbialis, tum usurpandus, ubi vir bonus, fiducia virtutis et amicitiæ, quæ generalis inter omnes probos intercedit, ad sui similem accedit,
B non exspectatis vulgaribus istis invitatiunculis. Quidam natum putant ab Hercule, qui cum Ceti (Ceycis) Trachinii domum invocatus inviseret, hunc versiculum primus dixerit. (Vide Scholia Platonica mox afferenda, et Bacchylidem apud Athen. v. p. 178. b.) Fertur et trimeter iambicus in eandem sententiam: Ἄκλητοι κωμάζουσιν εἰς φίλους φίλοι, i. e., Conviva amico amicus ultro etiam venit. Tacite notavit adagium Homer. in secundo Iliados (v. 408.), Αὐτόματος δέ οἱ ἦλθε βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος, Illi vocalis Menelaus venerat ultro. Scholiastes indicat hoc verbo fuisse significatam Menelai fortitudinem in bello. Exilis enim vox formidolosum arguit, et βοὴ apud Græcos interdum bellum declarat, quemadmodum et hodie apud Germanos. Zenodotus in Collectaneis diversa sententia, citat hoc adagium ex Eupolidis Comœdia, cui titulus * *Chrysogenes*:[2] *Αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ δειλῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασιν, id est, Ultro adeunt hominis timidi convivia fortes. Idem fere significat Plato in* Symposio (T. x. p. 168. sq. ed. Bipont.), Ἵνα καὶ
C τὴν παροιμίαν διαφθείρωμεν μεταβαλόντες, ὡς ἄρα καὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασιν αὐτόματοι ἀγαθοὶ, i. e., Ut et proverbium perdamus hunc ad modum invertentes: Boni ad bonorum convivia ultro veniunt. Sentire videtur Plato Homerum fecisse Menelaum deteriorem ad præstantioris accessisse convivium, quod Agamemnon bello valuerit, Menelaus fuerit imbellis. Citatur hic locus et ab Athen. libro quarto (p. 178. a.) Tametsi non hanc opinor Homeri mentem fuisse, cum virtutis addat elogium, Βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος, i. e., Voce bonus Menelaus, et cum aliquot locis illum fortissime rem gerentem inducat, alicubi etiam ἀρηΐφιλον cognomento honestet. Apud Athen. libro primo (p. 8. a.) ex Cilatino (Cratino), quidam, qui invocatus ad convivium accesserat, ita loquitur, Ἀγαθὸς ἂν πρὸς ἀγαθοὺς ἄνδρας Ἑστιασόμενος ἧκον· κοινὰ γὰρ τὰ τῶν φίλων, i. e., Bonus enim ad bonos viros convivaturus veni. Nam res amicorum communes." Erasm. Chil. i. Cent. 10. Adag. 35. Athenæi locus est hic:—Πλάτων δ' ἐν τῷ Συμποσίῳ περὶ
D τῶν αὐτῶν λέγει οὕτως· "Ἵνα καὶ τὴν παροιμίαν φησὶ διαφθείρωμεν μεταβάλλοντες, ὡς ἄρα καὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασιν αὐτόματοι ἀγαθοί. Ὅμηρος μὲν γὰρ κινδυνεύει οὐ μόνον διαφθεῖραι, ἀλλὰ καὶ ὑβρίσαι εἰς αὐτήν. Ποιήσας γὰρ τὸν Ἀγαμέμνονα ἀγαθὸν τὰ πολέμια, τὸν Μενέλαον δὲ μαλθακὸν αἰχμητὴν, θυσίαν ποιουμένου τοῦ Ἀγαμέμνονος, ἄκλητον ἐποίησεν ἐλθόντα τὸν χείρονα ἐπὶ τὴν τοῦ ἀμείμονος δίαιταν."

[1] "Cum tanquam justus versus adposita essent ista verba, Πεινῶντ. γὰρ ἀνδρὶ μᾶζα τιμιωτέρα, in quibus γὰρ particula metro repugnabat; δ' ἀνδρὶ scripsi cum Grotio Excerpt. p. 443. Poterat quidem etiam Cynulcus poetæ verba ita sua facere, ut γὰρ pro δὲ poneret: at sæpe quoque a librariis temere inter se permutatas istas particulas novimus." Schweigh.

[2] Scholia in Platonem, in Siebenk. Anecd. Gr. p. 49., Εὔπολις ἐν Χρυσογένει, pro quo in Edit. Ruhnken. p. 44. emendatius legitur, Εὔπολις ἐν Χρυσῷ Γένει. In Athen. ix. p. 375. a. p. 406. c. p. 408. e. xiv. p. 657. a. citatur Eupolis ἐν Χρυσῷ Γένει. "In Comici Scholiis ad Ranas (v. 1068.) fabula hæc Eupolidis laudatur, et Polluci vii. cap. 22. At in ejusdem libro ix. et iterum Lib. x. cap. 17. et 31. ἐν Χρυσογένει scriptum offendes, pro Χρυσῷ Γένει. Eadem scriptura apud Harpocrat. in Σιτία. An igitur duas fabulas Eupolis docuerat, alteram Χρυσοῦν Γένος inscriptam, alteram Χρυσογένης?" Casaub. ad Athen. ix. p. 406. c. "Sæpius sane apud Nostrum eodem titulo ἐν Χρυσῷ Γένει citatur Eupolidis fabula, ut mox p. 408. e. et supra p. 375. a. Eodemque modo ubique corrigendum esse, perquam probabiliter Hemsterhusius statuit ad Polluc. x. 63." Schweigh. ad eundem Athenæi locum. Photius p. 438., Τοῦ Διὸς τὸ σάνδαλον· ἐπὶ τῶν ὡς μέγα δή τι, Εὔπολις Χρυσογένει. In Etym. p. 132. 12. v. Ἀπόπατος est, Εὔπολις * Χρυσογενεία. At in Suida v. Ἀποπάτημα legitur Χρυσογένει, pro quo in Grammatico S. Germ. apud Bekkerum Anecd. Gr. T. i. p. 433. habes, Χρυσῷ Γένει. Omnino vide quæ scripsit T. Hemsterh. ad J. Poll. x. 26. et 63. In Anti-Atticista v. Ἐξηγητὴς, apud eund. Bekkerum ibid. p. 96., laudatur Εὔπολις Χρυσῷ Γένει, sicque Suidas v. Ὤμιλλα.

Βακχυλίδης δὲ, περὶ Ἡρακλέους λέγων, ὡς ἦλθεν ἐπὶ τὸν τοῦ Κήϋκος οἶκον, φησίν· Ἔστη δ' ἐπὶ λάϊνον οὐδόν· Τοὶ δὲ θοίνας ἔντυνον· ὧδέ τ' ἔφασκ'· Αὐτόματοι δ' ἀγαθῶν δαῖτας εὐόχθους Ἐπέρχονται δίκαιοι φῶτες. Αἱ δὲ παροιμίαι, ἡ μέν φησιν· Αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασιν. Ἡ δέ· Αὐτόματοι (δ') ἀγαθοὶ δειλῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασιν. Deinde vero Athen., quem vide, contra Platonem acute disputat, cum quo conferendus est Erasmus jam supra citatus. "In Bacchylidis Fragmento Hercules loquitur ad Ceycem, Trachinis regem, veniens, ut apparet ex Zenobio Prov. Cent. ii. 19., qui, posito proverbio, hæc scribit: Οὕτως Ἡράκλειτος ἐχρήσατο τῇ παροιμίᾳ, ὡς Ἡρακλέους ἐπιφοιτήσαντος ἐπὶ τὴν οἰκίαν Κήϋτους (leg. Κήϋκος, cf. Apollodor. ii. 7. 6.) τοῦ Τραχινίου, καὶ οὕτως εἰπόντος. Hinc discimus, parodiam illius versiculi, quam Athen. profert, Αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ δειλῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασιν, Eupolidi deberi.". Jacobs Animadvv. ad Anthol. T. vi. p. 287. Vulgo ab Athenæi textu abest δ', quod recte inseruit Jacobsius. Eupolin vero proverbium hoc in fabula, cui titulus Χρυσοῦν Γένος, Aureum Seculum, usurpasse, patet e Scholiasta in Platonem p. 43—4., cujus hæc sunt verba:—Αὐτόματοι δ' ἀγαθοί· Αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ δειλῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασι. Ταύτην δὲ λέγουσιν εἰρῆσθαι ἐπὶ Ἡρακλεῖ, ὃς ἐπέστη τῷ Κήϋκι, ὅτε ἑστιᾶτο. (Respexit ad Bacchylidis versus.) Κρατῖνος δὲ ἐν Πυλαίᾳ μεταλλάξας αὐτὴν, γράφει οὕτως· Οἱ δ' αὖθ' ἡμεῖς, ὡς ὁ παλαιὸς λόγος, Αὐτομάτους ἀγαθοὺς ἰέναι κομψῶν ἐπὶ δαῖτα Θεατῶν. Καὶ Εὔπολις ἐν Χρυσῷ Γένει.[1]]

["Ἀγαθοὶ καὶ ἐξ ἀγαθῶν, Dionys. H. Antiqq. Rom. iv. 73. T. ii. p. 814. ed. Reiskii, Lobeck. ad Sophoclis Aj. p. 409., Plato Phædr. 338. ed. Heindorfii," Schæf. in Mss.]

["Ἀγαθὸς ψάλτης, ἀγαθὸς ζωμοποιός, id est, Bonus cantor, bonus cupediarius. In vituperium musicæ artis dictum, quasi ejusdem sit hominis aures delectare cantu, et palatum cupediis. Archidamus, Zeusippi filius, cum quidam sibi commendaretur hoc nomine, quod bonus esset cantor: At hic, inquit, apud nos bonus cupediarius." Erasm. Chil. ii. Cent. 5. Adag. 35.]

["Ἀγαθὴ ἐκ τῆς φαρέτρας ἡμέρα, i. e., Bonus e pharetra dies. De die fortunato dicebatur. Translatum a Scytharum consuetudine, quibus, ut narrat Phylarchus, mos erat, ut vesperi priusquam dormirent, calculum in pharetram immitterent candidum, si forte is dies citra molestiam abiisset; atrum, si secus. Denium ubi quis vita decederet, ejus pharetram proferebant, in qua si plures candidos calculos reperissent, felicem pronunciabant: contra, si plures nigros. Atque hinc vitæ summam æstimabant, unde proverbio receptum est, ut dicerent bonum diem e pharetra esse, si quid ex animi sententia accidisset." Erasm. Chil. ii. Cent. 8. Adag. 18.]

["Ἀγαθαὶ δὲ πέλον-Τ', ἐν χειμερίᾳ νυκτὶ θοᾶς Ἐκ ναὸς * ἀπε-Σκίμφθαι, δύ' ἄγκυραι, Pindari Olymp. vi. 170., Bonæ sunt in hyberna nocte duæ ancoræ, ad laxandum e celeri navi, i.e., Bonum est duplici præsidio niti, ut, si alterum destituat, altero juvemur, quemadmodum is victor, quem laudat, geminam habebat patriam, ut si quid accidisset alteri, ad alteram se reciperet." Erasm. Chil. iv. Cent. 8. Adag. 72.]

"Ἀγαθὴ τύχη, dicta fuit ἡ νέμεσις et ἡ Θέμις, ut " tradit Hesych. [et Λέξεις ῥητορικαὶ in Bekkeri " Anecd. Gr. T. i. p. 209.] Præfari certe boni omnis causa σὺν Ἀδραστείᾳ, est autem Ἀδράστεια " eadem quæ Νέμεσις, solebant, et ὦ Ἀδράστεια, ut " dicebant ἀγαθῇ τύχῃ: quanquam illud ἀγαθῇ τύχῃ " paulo aliter etiam usurpantes, quemadmodum vi" dere est in Τύχῃ." H. Steph. Thes. Ind. [Suidas: Ἀγαθῆς Τύχης νεώς· οὐκ ἄδηλον τὸ σημαινόμενον.]

[Ἀγαθοῦ Δαίμονος πόμα· τὸ μετὰ δεῖπνον ἄκρατον πινόμενον παρὰ Ἀθηναίοις οὕτως ἐκάλουν, Hesych. et Λέξεις ῥητορικαὶ in Bekkeri Anecd. Gr. T. i. p. 209. Συναγ. Λέξ. χρησ. ibid. p. 334., Ἀγαθοῦ πόματος· τὸ μετὰ τὸ δεῖπνον ἄκρατον πινόμενον παρὰ Ἀθηναίοις· τὴν δευτέραν γὰρ πόσιν οὕτως ἐκάλουν. 327., Ἀγαθὸν Δαίμονα· ὃν μετὰ τὴν ἄρσιν τῶν τραπεζῶν ἔπινον. J. Pollux vi. 100., Ἀγαθοῦ δὲ Δαίμονος, ὁ μετὰ τὰς τραπέζας ἄκρατος. Suidas: Ἀγαθοῦ Δαίμονος· ἔθος εἶχον οἱ παλαιοὶ μετὰ τὸ δεῖπνον πίνειν Ἀγαθοῦ Δαίμονος, ἐπιῤῥοφοῦντες ἄκρατον, καὶ τοῦτο λέγειν Ἀγαθοῦ Δαίμονος, χωρίζεσθαι δὲ μέλλοντες, Διὸς Σωτῆρος. Eustath. ad Od. Γ. p. 1471. 31.: Ἰστέον δὲ ὅτι καὶ δίχα τῆς ἐπὶ ταῖς γλώσσαις σπονδῆς καὶ πόσεως, ἥν τι ποτήριον, ὡς ἱστορεῖ Αἴλιος Διονύσιος, Ἀγαθοῦ Δαίμονος λεγόμενον, τὸ μετὰ ἄρσιν τραπεζῶν προσφερόμενον· καὶ ἄλλως δὲ ἣν φασιν Ἀγαθὸς Δαίμων, ᾧ μετὰ ἄρσιν τραπεζῶν ἔπινον. Idem ad Od. E. p. 1525. 57.: Ἰστέον δὲ ὅτι ἀκολούθως Ὁμήρῳ εἰπόντι τὸ, Παρέθηκε τράπεζαν, ἔλεγον καὶ οἱ μετ' αὐτὸν, παραθέσθαι τραπέζας ἐν καταρχῇ δαιτός. Τὸ μέντοι αἴρειν αὐτὰς, βαστάζεσθαι ἔφασκον, ἐβαστάζοντο δέ φασι τράπεζαι, δοθείσης κράσεως Ἀγαθοῦ Δαίμονος, ἢ γοῦν μετὰ τὸ δοθῆναι κράμα τὸ οὕτω καλούμενον Ἀγαθοῦ Δαίμονος, ἤτοι ἀγαθῆς τύχης· πρὸς ὃ παίξας Διονύσιος ὁ Σικελιώτης ἀσεβῶς, καθὰ ὁ Δειπνοσοφιστὴς ἱστορεῖ, ἀνακειμένης Ἀσκληπιῷ χρυσῆς τραπέζης ἐν Συρακούσαις, προπιὼν αὐτῷ ἄκρατον Ἀγαθοῦ Δαίμονος, ἐκέλευσε βασταχθῆναι τὴν τράπεζαν. Respexit ad Athen. xv. p. 693. e., qui Philochorum ἐν δευτέρῳ Ἀτθίδος citat. "Eandem historiam narrat Æl. Var. Hist. i. 20., et ante hunc Aristot. Œcon. ii. circa finem, Cicero de Nat. Deor. iii. 34., et Valerius Maximus, (qui Ciceronem exscripsit), quorum testimonia citavit Schefferus ad Æl." Schweigh., quem præteriit Eustathii locus. Idem Eustath. ad Od. P. p. 1816. 10.: Δῆλον δὲ ὅτι ἄλλοι τινὲς, ὄμβρῳ τυχαίῳ ἀνατιθέασι τὸ τοῦ κεράσματος αἴτιον, ὃς ἀμέτρως πινόντων τινῶν ἐπὶ ἀκτῆς καταῤῥαγεὶς, τὸ μὲν συμπόσιον διέλυσε, τὸν δὲ κρατῆρα μίξας, παρέσχε προσηνῆ μετὰ αἰθρίαν καὶ ἄλυπον. Διό φασιν ἀκράτῳ μὲν τῷ ἐν δείπνοις, Ἀγαθὸς ἐπιφωνεῖται Δαίμων ἐπὶ Διονύσῳ τῷ εὑρηκότι, τῷ δὲ μετὰ δεῖπνον πρώτῳ κράματι, Σωτὴρ Ζεὺς ἐπιλέγεται, διὰ τὸν Ὄμβριον Δία. Hæc sumsit Eustath. e Philonide ἐν τῷ Περὶ Μύρων καὶ Στεφάνων, apud Athen. xv. p. 675. b. Philochorus (ἐν δευτέρῳ Ἀτθίδος, ut patet ex Athen. xv. p. 693. d.), tradit apud Athen. ii. p. 38. c., Amphictyonem, regem Atheniensium, cum a Baccho didicisset vini temperandi rationem, legem instituisse, Προσφέρεσθαι μετὰ τὰ σῖτα ἄκρατον, μόνον ὅσον γεύσασθαι, δεῖγμα τῆς δυνάμεως τοῦ Ἀγαθοῦ Θεοῦ· τὸ δὲ λοιπὸν ἤδη κεκραμένον, ὁπόσον ἕκαστος βούλεται· προσεπιλέγειν δὲ τούτῳ τὸ τοῦ Διὸς Σωτῆρος ὄνομα, διδαχῆς καὶ μνήμης ἕνεκα τῶν πινόντων, ὅτι οὕτω πίνοντες ἀσφαλῶς σωθήσονται. Theophr. ἐν τῷ Περὶ Μέθης ap. Athen. xv. p. 693. c.: Τὸν ἄκρατον, φησὶν, οἶνον τὸν ἐπὶ τῷ δείπνῳ διδόμενον, ὃν δὴ λέγουσιν Ἀγαθοῦ Δαίμονος εἶναι πρόποσιν, ὀλίγον τε προσφέρουσιν, ὥσπερ ἀναμιμνήσκοντες μόνον τῇ γεύσει τὴν ἰσχὺν αὐτοῦ, καὶ τὴν τοῦ θεοῦ δωρεάν· καὶ μετὰ τὴν πλήρωσιν διδόασιν, ὅπως ἐλάχιστον ᾖ τὸ πινόμενον· καὶ τρίτον προσκυνήσαντες λαμβάνουσιν ἀπὸ τῆς τραπέζης, καὶ ὥσπερ ἱκετείαν τινα ποιούμενοι τοῦ θεοῦ, μηθὲν ἀσχημονεῖν, μηδ' ἔχειν ἰσχυρὰν ἐπιθυμίαν τοῦ πότου τούτου, καὶ λαμβάνειν ἐξ αὐτοῦ τὰ καλὰ καὶ χρήσιμα. Cf. Philonides ἐν τῷ Περὶ Μύρων καὶ Στεφάνων, ap. Athen. xv. p. 675. Aristoph. Equit. 83., Νι. Βέλτιστον ἡμῖν αἷμα ταύρειον πιεῖν· Ὁ Θεμιστοκλέους γὰρ θάνατος αἱρετώτερος. Δη. Μὰ Δί', ἀλλ' ἄκρατον οἶνον Ἀγαθοῦ Δαίμονος, ubi Schol. Αἰρομένης τῆς τραπέζης μετὰ τὸ δεῖπνον, ἄκρατον περιεφέρετο, καὶ ἐκαλεῖτο ἡ κρᾶσις Ἀγαθοῦ Δαίμονος. Ἄλλως, τὸ πρῶτον ποτήριον Ἀγαθοῦ Δαίμονος ἔπινον. Ibid. v. 106., Νι. Σπονδὴν λαβὲ δὴ, καὶ σπεῖσον, Ἀγαθοῦ Δαίμονος· Ἕλκ', ἕλκε τὴν τοῦ Δαίμονος τοῦ Πραμνίου. Δη. Ὦ Δαῖμον Ἀγαθὲ, σὸν τὸ βούλευμ', οὐκ ἐμόν. Idem in Pace v. 300., Νῦν γὰρ ἡμῖν ἁρπάσαι πάρεστιν Ἀγαθοῦ Δαίμονος, ubi Schol. Φασὶ γὰρ ὅτι δειπνήσαντες μὲν, ἐπεῤῥόφουν Ἀγαθοῦ Δαίμονος, ἀπαλλάττεσθαι δὲ μέλλοντες, ἔπινον Διὸς Σωτῆρος· ὡσεὶ ἔλεγον, Νῦν γὰρ σπεῖσαι ἢ πίνειν ἐστὶν ἡμῖν Ἀγαθοῦ Δαίμονος πόμα.

[1] In Siebenkeesii Anecdd. Gr. p. 49. locus sic corrupte legitur: Αὐτόματοι ἀγαθοί] Αὐτόματοι ἀγαθοὶ ἐπὶ δειλῶν δαῖτας ἴασι. Ταύτην δὲ λέγουσιν εἰρῆσθαι ἐπὶ Ἡρακλεῖ, ὃς ὅτε ἑστιῶντο τῷ Κήϋκι ξένοι, ἐπέστη. Κρατῖνος δὲ ἐν Πυλαίᾳ μεταλλάξας αὐτὴν, γράφει οὕτως· Οἱ δ' αὖθ' ἡμεῖς, ὡς ὁ παλαιὸς λόγος Αὐτομάτους ἀγαθοὺς ἰέναι κομψῶν Ἐπὶ δαῖτα θεάτων. Καὶ Εὔπολις ἐν Χρυσογένει.

Item in Vespis v. 525, Μηδέποτε πίοιμ' ἀκράτου A μεστὴν Ἀγαθοῦ Δαίμονος, ubi Schol. Ἔθος δὲ ἦν, ὁπότε μέλλοι ἡ τράπεζα αἴρεσθαι, Ἀγαθοῦ Δαίμονος ἐπι[illegible], ὡς Θε[illegible], ὁ δὲ Ἀπολλόδωρος και [illegible] πάλιν ἀνεπλήρουν, δεδήλωκεν ἐν τῇ δ' Περὶ Σ[illegible].[1] Philonides in Lib. de Unguentis et Coronis ap. Athen. xv. p. 675. b.: Δι[illegible] οἱ Ἕλληνες τῷ μὲν παρὰ δεῖπνον ἀκράτῳ [illegible] Ἀγαθὸν ἐπικαλοῦσι Δαίμονα, τιμῶντες [illegible] δαίμονα· ἦν δ' οὗτος ὁ Διόνυσος· τῷ δὲ μετὰ δεῖπνον κεκραμένῳ πρώτῳ προσδιδομένῳ ποτηρίῳ Δία Σωτῆρα ἐπιλέγουσι. "Pugnat secum infra p. 692. et 693., ubi plures antiquos poetas in testimonium vocat, ut probet, poculum, quod post cœnam exhibetur, vocatum fuisse Ἀγαθοῦ Δαίμονος, et Dionysii tyranni historiam narrat, quæ id necessario evincit. Ergo hoc loco præpositiones παρὰ et μετὰ locum mutarunt, quod etiam evincit vox πρώτῳ. Sed et tertius etiam calix Jovi Servatori propinabatur, de quo vide Erasmum." Palmerius Exerc. p. 531. "Similia etiam adnotaverat idem Palmer. p. 99. ad B Diodor. S. iv. 3., qui cum his, quæ Athen. habet, consentiens scribit: Φασίν, ἐπὶ τῶν δείπνων, ὅταν ἄκρατος οἶνος δίδοται (rectius fortasse Mssti nonnulli, ἐπιδίδοται, sive potius ἐπιδιδῶται) πᾶσιν, ἐπιλέγειν Ἀγαθοῦ δαίμονος· ὅταν δὲ μετὰ τὸ δεῖπνον δίδοται (immo διδῶται) κεκραμένος ὕδατι, Διὸς Σωτῆρος ἐπιφωνεῖν. Quod παρὰ δεῖπνον scribitur apud Nostrum, (nam περὶ quidem minus recte Epit. habet, sed παρὰ Ms. A. cum Edd.) idem valet ac ἐπὶ τῶν δείπνων, Inter cœnandum, In cœnis. Nec vero sollicitanda ista fuisse, pluribus ostendit Jensius in Epist. ad Grævium Lectt. Lucianeis subjecta p. 399. seqq. et Wesseling. ad Diodor. l. c. Nempe initio cœnæ aut parum omnino vini bibisse videntur, (quo spectare videtur, quod Philochorus apud Nostrum ii. 38. d. et xv. 693. c. ait, *post cibum captum* dari solitum Boni Dei calicem:) aut certe vinum varia ratione (prout cuique videretur) dilutum: *sub finem cœnæ*, priusquam mensæ removerentur, meracum vinum, ἄκρατον, infundebatur cuique, (parum id quidem), C quod bibentes Bonum Deum invocabant, quem Bacchum esse intelligebant. Nec vero idcirco cessabat compotatio: sed dein rursus dilutum sive temperatum vinum bibebant, et hujus *primum poculum*, ut hic ait Philonides, Jovi Soteri nuncupabant. Ceterum ridiculus sit, qui constantem omnino usum istum apud omnes Græcos fuisse sibi persuadeat. Nam et *metaniptron*, i. e., *calicem, qui post cœnam et post malluvium* præbebatur, ab Atticis poëtis Antiphane et Diphilo apud Nostrum xi. p. 486. f. et 487. a. poculum Ἀγαθοῦ Δαίμονος nominatum vidimus; et Ἀγαθὸν Δαίμονα Diphilus non *Bacchum*, sed ipsum Δία Σωτῆρα statuit: qua ratione etiam τὸ Ἀγαθοῦ Δαίμονος πόμα, τὴν τελευταίαν πόσιν interpretatur Mœris p. 72. (Ἀγαθοῦ Δαίμονος πόμα, inquit, Ἀττικῶς· τὴν τελευταίαν πόσιν, Ἑλληνικῶς.) Item pro eo, quod Philonides hic ait, primam poculum diluti vini Jovi Servatori nuncupari solitum esse, alii videntur significare ipsum postremum calicem Jovi Servatori fuisse nuncupatum. Φασὶ γὰρ, ait Schol. ad Aristoph. Pac. 299., ὅτι δειπνήσαντες μὲν (ὁπότε μέλλοι ἡ τράπεζα αἴρεσθαι, Schol. ad Vespas 523.) ἐπερρόφουν Ἀγαθοῦ Δαίμονος· ἀπαλλάττεσθαι δὲ μέλλοντες, ἔπινον Διὸς Σωτῆρος. Cf. Erasmum, Servatori tertium, (Chil. ii. Cent. 8. Adag. 1.)" Schweigh. Vide et eund. Erasmum in articulo, cui titulus, Bonæ Fortunæ, sive Boni Genii, Chil. i. Cent. 6. Adag. 53., cujus hæc sunt verba:—"Aristides in Themistocle videtur ad hoc allusisse proverbium, cum ait, Ἀλλὰ καθέστη τοῖς Ἕλλησιν ἀντ' Ἀγαθοῦ Δαίμονος, i. e., Verum constitit Græcis Boni Genii vice. Erat autem mos apud veteres, ut propinantes, aut bibituri, Deum quempiam aut hominem ominis causa præfarentur, eumque gignendi casu proferebant. Quemadmodum apud Lucian. in Lapithis (T. iii. p. 431.) Alcidamas Cynicus, sponsæ Herculis nomine propinat: Προπίνω σοι, ἔφη, ὦ Κλεανθί, Ἡρακλέους ἀρχηγέτου. Idem Horat. (Odar. iii. 19. 9.), Da lunæ propere novæ, Da noctis mediæ, da, puer, auguris Murenæ. Fertur et apud Thebanos sacellum fuisse Ἀγαθοῦ Δαίμονος. (Suidas: Καὶ ἐν Θήβαις δὲ ἦν Ἡρῷον Ἀγαθοῦ Δαίμονος.) Est et insula quædam hujus nominis in Mari Indico, quemadmodum ostendit Steph. Byz. Quinetiam mensis cujusque diem a primo proximum, Ἀγαθοῦ Δαίμονος appellitabant antiquitus. (Hesych. et Λέξεις ῥητορικαὶ in Bekkeri Anecd. Gr. T. i. p. 209., Καὶ τὴν δευτέραν[2] ἡμέραν οὕτως ἐκάλουν. Suidas: Καὶ ἡμέραν δὲ τὴν δευτέραν τοῦ μηνὸς οὕτως ἐκάλουν.) Plutarchus, Convivialium Quæstiuncularum decade tertia, demonstrat antiquitus fuisse morem, ut non gustarent vinum, nisi prius libassent alicui Deo, quo potus illius ceu pharmaci sibi innoxius esset et salutaris. Atque Athenis quidem undecimo mensis die immolabant vini primitias, eumque diem Pithœniam (Pithœgiam) appellabant. Ast apud Bœotos septimo (sexto) mensis ineuntis die, sacris peractis Bono Dæmoni gustabant ab exorto Zephyro, quod is ventus præcipue suscitet moveatque vinum, adeo ut, quod illum effugerit, videatur jam duraturum. Mensis autem is vocabatur Προστατήριος." Sextum illum diem apud Bœotos Ἀγαθοῦ Δαίμονος appellari solere idem Plut. asserit in Sympos. viii. Quæst. 10. Ad poculum Ἀγαθὸς Δαίμων dictum respicere D. Paulum I. ad Corinth. x. 21. putant Steph. Le Moyne ad Var. S. p. 96. et Majus F. Obss. S. iii. p. 39., notante Albertio ad Hesych. in voce. "Dabatur, cum πρόποσις Ἀγαθοῦ Δαίμονος instituebatur, ὀλίγον, Parum vini meraci, ut solo gustu vim ejus, μόνον τῇ γεύσει τὴν ἰσχὺν αὐτοῦ, combibones experirentur, uti Theophr. ap. Athen. l. c. ait. Hinc Ἀγαθοδαιμονισταὶ Hesychio οἱ ὀλιγοποτοῦντες." Wesseling. ad Diodor. l. c. Hesych.: Ἑρμῆς· τὸν Ἑρμῆν ἐπὶ πόσεως ἰδέας ἔλεγον, καθάπερ Ἀγαθοῦ Δαίμονος, καὶ Διὸς Σωτῆρος. Ubi Langbænius ad Pseudo-Longin. p. 30., probante Kustero, εἴδους reposuit. Ἰδέας in Cod. Ven. legi, testatur Schowius. Photius: Ἑρμῆς· πόσεως εἶδος, ὡς Ἀγαθοῦ Δαίμονος καὶ Διὸς Σωτῆρος. J. Pollux vi. 100., Καὶ Ἑρμῆς, ἡ τελευταία πόσις, ὅθεν καὶ Ὅμηρος· Τῷ πυμάτῳ σπένδεσκον, Od. H. 138., ubi est Ὠι. Scholia Pseudo-

[1] Notanda sunt verba, ἐν τῇ δ' Περὶ Σώφρονος. Hic est Apollodori Atheniensis liber, qui ab Athen. citatur in L. iii. p. 89. a. vii. p. 281. e. et 309. c. d. An Scholiasta Apollodorum hunc confudit cum Apollodoro Herophilio, qui librum de Unguentis et Coronis scripsit? Nam Athenæus, cum e Philonide ἐν τῷ Περὶ Μύρων καὶ Στεφάνων insignem laudarit locum, xv. p. 675. a., in quo de *Bono Deo* loquitur Medicus ille, statim subjungit. Τὰ αὐτὰ εἴρηκε καὶ Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ Περὶ Μύρων καὶ Στεφάνων, αὐταῖς λέξεσι. Hac conjectura admissa, novum oritur argumentum ad probandam Salmasii, qui in Athen. xv. p. 688. e., pro vulgato Ἀπολλώνιος, reposuit Ἀπολλόδωρος, sententiam. Vide Schweigh. notam. Sed, cum, teste eodem Athen. xv. p. 693. b., poculi Ἀγαθοῦ Δαίμονος meminerint Comici veteres pœne omnes, fieri quidem potuit, ut Apollodorus Atheniensis, ἐν τῇ δ' Περὶ Σώφρονος, ejusdem mentionem fecerit.

[2] "Legendum, τὴν ἑνδεκάτην ἡμέραν. Vide Meursii Græc. Feriat. p. 25, 26." Toupius, Emendatt. in Suid. et Hesych. T. iii. p. 522. Meursius ibi affert hunc Plutarchi locum e Sympos. iii. Quæst. 7.: Τοῦ νέου οἴνου Ἀθήνησι μὲν ἑνδεκάτῃ μηνὸς κατάρχονται, Πιθοιγίαν τὴν ἡμέραν καλοῦντες· καὶ πάλαι γε, ὡς ἔοικεν, εὔχοντο, τοῦ οἴνου, πρὶν ἢ πιεῖν, ἀποσπένδοντες, ἀβλαβῆ καὶ σωτήριον αὐτοῖς τοῦ φαρμάκου τὴν χρῆσιν γενέσθαι. Παρ' ἡμῖν δὲ [illegible] ἣν καλεῖται Προστατήριος· ἕκτῃ δ' ἱσταμένου νομίζεται θύσαντας Ἀγαθῷ Δαίμονι γεύεσθαι τοῦ οἴνου μετὰ ζέφυρον. Οὗτος γὰρ μάλιστα τῶν ἀνέμων ἐξίστησι καὶ κινεῖ τὸν οἶνον. At Plut. hoc loco, quo Toupius ad conjecturam suam firmandam usus esse videtur, non dicit undecimam diem mensis Anthesterionis apud Athenienses Ἀγαθοῦ Δαίμονος, sed Pithœgiæ nomine honestari solere, cum apud Chæronenses, cives suos, mensis Prostaterius dicatur, sextaque ejus die statutum sit, sacris Bono Genio factis, gustare vinum post flatum Favonii. Ex alio ejusdem Plutarchi loco, a Meursio excitato, discimus ipsam illam diem Chæronenses Ἀγαθοῦ Δαίμονος appellasse, Sympos. viii. Quæst. 10.: Καὶ μὴν οἴνου τε (γε, Reisk.) τὸν νέον οἱ πρωϊαίτατα πίνοντες Ἀνθεστηριῶνι πίνουσι μηνὶ μετὰ χειμῶνα, καὶ τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἡμεῖς μὲν Ἀγαθοῦ Δαίμονος, Ἀθηναῖοι δὲ Πιθοιγία προσαγορεύουσι. Quamvis vero Toupii conjecturam nullo niti fundamento e supra dictis satis pateat, fatemur tamen nos nescire qua auctoritate freti Hesychius, Grammaticus S. Germ., et Suidas tradiderint, secundam cujusque mensis diem Ἀγαθοῦ Δαίμονος appellari solere. Sed, cum apud Bœotos, saltem apud Chæronenses, sexta Prostaterii i. e. Anthesterionis mensis dies sic diceretur, quid impedit, quo minus credamus apud alios quosdam Græcos secundam cujusque, vel, si hoc viris doctis minus placebit, cujusdam mensis diem eodem nomine honestari?

Didymi: Ἐπεὶ * ὀνειρόπομπος, ἢ ὕπνου παρεκτικός· διὸ, Εἵλετο δὲ ῥάβδον, τῇ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει. Eustath. p. 1470. 62., Ὅτι δὲ καὶ δίχα γλωσσῶν Ἑρμῇ πυμάτῳ σπένδεσκον οἱ Ἀχαιοὶ ὅτε μνησαιάτο κοίτου, δηλοῖ καὶ αὐτὸ Ὅμηρος· καὶ ἴσως, τοιούτου καιροῦ ἦν καὶ ὁ παρὰ τοῖς ὕστερον πότιμος Ἑρμῆς, περὶ οὗ ἱστορῶν ὁ Δειπνοσοφιστὴς, λέγει ὅτι Ἑρμῆς, εἶδος πόσεως παρὰ Στράττιδι. Respexit ad Athen. i. p. 32. b. "Cum Mercurio postrema fieret libatio, (de qua supra Athen. p. 16. b.), etiam poculum istud, quod agmen cogebat, Mercurium vocabant. Postea mos ille mutavit, et Jupiter τέλειος in Mercurii locum ascitus, auctore Athen. (l. c.)" Casaub. Vide Pierson. ad Mœr. p. 72., Coraiumque ad Heliodor. T. ii. p. 120. et 373.]

[Ἀγαθὸν, τὸ, apud Scriptores Ecclesiasticos S. Cœna. "S. Eucharistia passim τὸ ἀγαθὸν appellatur, Bonum, vel Ipsum bonum, aut, Summum bonum: nam in Cœna Domini ipsum Christum in mysterio percipimus, in quo sunt omnes thesauri bonorum, et qui solus est vere bonus. Basilius M. Epist. Canon. iii. ad Amphilochium, seu Canone lv. T. ii. p. 775., Οἱ τοῖς λησταῖς ἀντεπεξιόντες, ἔξω μὲν ὄντες τῆς ἐκκλησίας, εἴργονται τῆς κοινωνίας τοῦ ἀγαθοῦ· κληρικοὶ δὲ ὄντες, τοῦ βαθμοῦ καθαιροῦνται, Qui se latronibus adversos objiciunt, siquidem extra ordinem ecclesiasticum sint, a boni communione arcentur: sin clerici sint, de gradu dimoventur. Ita autem hæc verba esse intelligenda, docet Balsamon ad hunc Canonem p. 990., dum εἴργεσθαι τῆς κοινωνίας τοῦ ἀγαθοῦ, explicat per ἀπείργειν τῆς ἁγίας μεταλήψεως, Arcere a sancta communione. Zonaras ad Canon. xiii. Basilii M. p. 69.: Εἴργονται τῆς κοινωνίας, ἔσονται διὰ βίου στερούμενοι τῆς τοῦ ἀγαθοῦ μεταλήψεως, Arceutur a communione, per totam vitam participatione boni privati erunt. Vide plura in Observationibus nostris Sacris, statim post initium Capitis vi." Suicer. Thes. Eccles.]

[Ἀγαθὸς interdum ponitur pro Literis excultus. Xenophontis Epist. ad Critonem iv., Γνώμη , ἐὰρ ἢ πλείω ἢ ἐλάττω γίνεται, ἀγαθῇ μὲν ἔμμετρα, ἐκμελεῖ δὲ καὶ ἀπαιδεύτῳ, ὀλίγα. Ubi opponitur ἐκμελεῖ καὶ ἀπαιδεύτῳ. Λέξεις ῥητορικαὶ, in Bekkeri Anecd. Gr. T. i. p. 209.: Ἀγαθοί· οἱ εὖ γεγονότες καὶ πεπαιδευμένοι καὶ ἐνάρετοι. Ἔνιοι πλουσίους.]

[Ἀγαθὸς de ominibus bonis dicitur. Callim. Hymn. in Lav. Palladis v. 121., Μάντιν ἐπεὶ θήσω νιν ἀοίδιμον ἐσσομένοισιν, Ἦ μέγα τῶν ἄλλων δή τι περισσότερον. Γνωσεῖται δ' ὄρνιθας, ὃς αἴσιος, οἵ τε πέτονται Ἤλιθα, καὶ ποίων οὐκ ἀγαθαὶ πτέρυγες, Quæ alæ non sint boni ominis. "Felix volatus, adeoque felix augurium. Imitatus est Propertius iii. 8. [illegible].,— Felicibus edita pennis." Ernesti. Hippocr. de Acut. Victu Sect. xiv. medicos in acutorum morborum curatione ait dissentire, ut quæ ille bona seu ægroto salutaria, alter mala eadem et noxia opinetur, idque, ut addit, augurum exemplo, Ὅτι καὶ οἱ μάντιες τὸν αὐτὸν ὄρνιθα, εἰ μὲν ἀριστερὸς εἴη, ἀγαθὸν εἶναι νομίζουσιν, εἰ δὲ δεξιὸς, κακόν. Vide Galeni Opp. T. v. p. 41. et Spanhem. ad Callimachi locum. Schol. ad Sophoclis Œd. Tyr. v. 52.: Ὄρνιθι αἰσίῳ· μαντείᾳ εὐσυμβόλῳ, τουτέστιν ἀγαθὸν σύμβολον δηλούσῃ——. Ἀπαίσιοι ὄρνιθες, οἱ δυσοιώνιστοι, αἴσιοι δὲ τὸ ἐναντίον, οἷον οἱ εὐσύμβολοι, καὶ τὰ ἀγαθὰ σύμβολα δηλοῦντες. Vide Spanhem. ad Callim. p. 709. ed. Ernest. Hesych. Ἑρμῆς·—καὶ ἐν τοῖς κλήροις, οἷον ἀγαθὸς οἰωνός. Plut. in Numa vii. T. i. p. 252. ed. Reiskii, Σιγὴ δ' ἄπιστος ἐν πλήθει τοσούτῳ τὴν ἀγορὰν κατεῖχε, καραδοκούντων καὶ * συναιωρουμένων τῷ μέλλοντι, μέχρις οὗ προὐφάνησαν ὄρνιθες ἀγαθοὶ καὶ δεξιοὶ ἐπέτρεψαν. Sic *Bonus* apud Latinos usurpatur, ut in illo Ovidii Fast. i. 513., Este bonis avibus visi natoque mihique.]

[Lexicon Ms. e Cod. August. apud Tittmann. ad Zonar. p. lxxx.: Τὸ ἀγαθὸν μόνον λεγόμενον, ἐπὶ ψυχῆς λέγεται, ὡς τὸ καλὸν ἐπὶ σώματος· μετὰ δὲ προσδιορισμοῦ τὸ ἀγαθὸν καὶ ἐπὶ σώματος καὶ ἐπὶ τεχνῶν καὶ ἄλλων τοιούτων λέγεται· οἷον, Ἀγαθὸς τὴν ὄψιν καὶ ἀγαθὸς τὴν τέχνην. Cf. Suid. ii. p. 234. et Grammat. Ms. ap. Creuzeri Præpar. ad Plotini Libr. de Pulcr. p. xv.]

[Helladius Besantinous in Chrestomathia, in Meursii Opp. T. vi. p. 293.: Ὅτι καλὸς καὶ ἀγαθὸς οἱ Ἀττικοὶ λέγοντες, ἀγαθὸς καὶ καλὸς οὐ λέγουσι· καίτοι λέγοντες Ἀγαθὴ τύχη λέγουσι καὶ Τύχη ἀγαθή. Cf. Abresch. Animadvv. ad Æsch. iii. p. 166. et 431., qui ait, ordinem inversum non nisi cum articulo reperiri, "quando promiscue nunc ἀγαθὸς, nunc κακὸς (καλὸς) præmitti solet, ut in Plat. Conviv. p. 327. f., Οἱ τὰ ἀγαθὰ καὶ καλὰ κεκτημένοι: ibid., Δι' ἔνδειαν τῶν ἀγαθῶν καὶ καλῶν, et mox rursus, Τῶν καὶ καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἄμοιρος." Vide Lex. Xenoph. p. 645. a.]

[Ὦ 'γαθὲ usurpatur, etiam cum ad plures conversa est oratio. Isæus super Pyrrhi Hæreditate p. 59. 5. ed Reisk., Ἀλλ' ὦ 'γαθὲ, τοῦτο μὲν καὶ λαθεῖν φήσαιτ' ἂν ὑμᾶς. "Tametsi duos alloquitur, singularem tamen usurpat, quod hac in formula loquendi perinde usitatum est, atque est φέρε cum plurali." Reisk.]

[Ἀγαθὸς pro Fortis, Strenuus, sæpissime usurpari, supra ostendimus, sed hanc Coraii observationem citare debebamus:—"Dans la langue d'Homère, Il. xiii. 279—284., κακὸς seul signifie *lâche*, comme son opposé ἀγαθὸς est pris dans l'acception de *brave*. Cette signification tient à l'idée que les Sociétés naissantes devoient se former de la lâcheté et du courage. Le pacte social n'ayant pas encore assez de moyens pour garantir le foible des attaques du fort, celui qui ne pouvoit point assurer son repos par son propre bras, devoit naturellement être un objet de mépris." Vide Coraii Hippocr., Notes sur le Traité des Airs, des Eaux, et des Lieux, T. ii. p. 401.]

[L. C. Valcken. ad Scapulæ marginem hunc Juliani locum de Constantio laudavit, Orat. i. p. 46. a.: Ὃν οὐκ ἰδίᾳ μόνον σεβόμενος, ἀεὶ δὲ ἐν τοῖς κοινοῖς συλλόγοις διετέλεις ἀνακηρύττων, καθάπερ ἀγαθὸν ἥρωα. Ubi Spanhem. hæc notavit:—"Ut bonum aliquem Heroem, sicut ad literam Petavius, seu, Ut propitium aliquem Divum. Quod nempe Gentilium more hic a Juliano dictum, apud quos Ἀγαθοὶ Ἥρωες, aut nude Ἥρωες, consecrati post mortem Principes dicti, seu qui Divis apud Romanos fuerunt adscripti; ac prorsus de eodem Constantino fatis functo ait Gentilis itidem, et quod tangit ad h. l. Petavius, Eutropius, Atque inter Divos meruit referri. Ita de J. Cæsare ab Augusto post illius obitum consecrato Dio li. p. 458., Ἥρωα αὐτὸν Ἰούλιον ὀνομάσας, Divum ipsum Julium vocans, ac inde, et qui hinc illustratur, apud Horat. Odar. iv. 5. 1., Divis orte bonis, ad eundem nempe Augustum, Divi Julii adoptione filium; et de Faustina Augusta, a M. Aurelio ejus marito inter Divas itidem relata, Julianus infra in Cæsaribus p. 334., Ταῖς Ἡρωΐναις ἀνέγραψεν. Unde in Græcis Antinoi, quem ab Adriano, ac inde a multis certatim Græciæ Asiæque urbibus, divinis quoque post mortem honoribus, seu, ut illi subinde sunt a Græcis dicti, Ἡρωϊκαῖς τιμαῖς, cultum constat, nummis non solum ANTINOOC ΗΡΩC, aut ANTINOOY ΗΡΩOC, Antinous Divus inscribitur; sed quod opportune omnino ad hunc Juliani locum facit, ANTINOOC ΗΡΩC ΑΓΑΘOC, Antinous Bonus, seu Propitius, Divus, signatur in præclaro nummo ab Hadrianotheritis in Mœsia cuso, quem e cimeliis Christinæ Augustæ olim protuli Diss. viii. de Præst. Num. p. 654. Quomodo etiam Ἀγαθοὶ Δαίμονες, quod obvium, dicti Boni seu Propitii Genii, et quo nomine Dracones etiam apud Phœnices et Ægyptios, juxta Philonem Byblicum apud Euseb. Præp. Evang. i. p. 41. culti: ac in Ægyptio Neronis, in Gaza Gallorum Regia, nummo, et cujus facta est a me in eodem opere p. 188. mentio, coronatus Draco inter spicas et caduceum visitur, cum inscr. ΝΕΟ. ΑΓΑΘ. ΔΑΙΜΩΝ, Novus Bonus Genius, cernitur: qui autem nummus ad præfectum nuper Gallici Ærarii Colbertum, ob gentilitium draconis seu serpentis insigne, ab elegantis industriæ ac eruditionis viro, P. Seguino, Epistola eo nomine ad illum edita, ingeniose est relatus. Sic ΘΕOC ΑΓΑΘOC præmissus visitur priscis Fœderis inter Hierapytnenses et Priansios, Cretensium populos, tabulis, in Marm. Oxon. p. 117. Part. 1. et Venus, ΘΕOC ΠΑΝΑΓΑΘOC in Inscript. apud Gruter. lix. 1. nuncupatur, sicut in dictis etiam Marmoribus p. 91. Part. 1. BONAE DEAE VENERI CNIDIAE. Haud aliter nempe,

ac Bona Juno apud Maronem dicitur Æn. i. 734., h. e. juxta Servium, propitia; aut quomodo alioquin in nummis antiquis, BONO EVENTVI, aut BONAE SPEI legitur. vel aliunde nota apud Romanos Bona Dea. Dii nempe omnes boni, juxta Platonem de Rep. ii. p. 380., Ὅτι Θεὸς ἀγαθὸς, h. e. juxta Proclum ad eum locum p. 356., ὄντως ἀγαθὸς, καθὸ καὶ ἔστι Θεὸς, Revera bonus, quatenus etiam est Deus, et quidem αὐτοάγαθος, Per se bonus; unde etiam Θεοὶ ἀγαθῶν εἰσι χορηγοὶ, Dii bonorum omnium datores, ab eodem Proclo dicuntur in Timæum p. 335. Immo prout ab hujus Juliani, quemque is præcipue coluit, magistro Jamblicho de Myster. Sect. i. Cap. 18. refellitur Porphyrii et Genethliacorum, ut a veritate longe aberrans (uti a Platone factum pridem fuerat dicto jam loco, de Rep. ii. p. 379.), opinio, qui Deos alios dari ἀγαθοποιοὺς, Beneficos, alios vero κακοποιοὺς, Maleficos, statuebant, Ἀγαθοί τε γάρ εἰσιν ἅπαντες, καὶ ἀγαθῶν αἴτιοι ὡσαύτως. Quomodo Boni etiam s. Propitii Heroes appellati, juxta eosdem Gentilium Theologos; tum quod illi perpetui comites, ἀΐδιοι συνοπαδοὶ τῶν Θεῶν, haberentur; tum quod bonorum virorum animabus præsidere, et circa τὴν τῶν ψυχῶν διάταξιν, seu in animabus ordinandis, iidem occupari crederentur, uti ea de re disserit idem Jamblichus Sect. i. Cap. 10. et Sect. ii. Cap. 1. et 2. Ita tamen Ἀγαθοὶ, seu Boni, Heroes juxta eandem Theologiam, ut bona tantum secundi tertiique generis darent; sicut alibi idem ille Mysteriorum ἐπόπτης tradit S. ii. C. 9. Immo quos Ἥρωας Ἀγαθοὺς, qualem a filio Constantio habitum et cultum parentem Constantinum hic tradit Julianus, non alios esse, quam bonorum virorum solutas mortali corpore animas, præter Poëtas, seu antiquos Gentilium Theologos, ubi Heroum id genus fato functorum meminere, Galen. seu Plutarch. docebit Hist. Philos. c. viii., seu de Placit. Philos. L. i. c. viii., Τοὺς δὲ Ἥρωας, ψυχὰς κεχωρισμένας τῶν σωμάτων, τὰς μὲν ἀγαθὰς, τῶν τὸν βίον διαγόντων ἄριστα ἀνθρώπων. Quod ab eo, qui Chrysostomi nomen meruit, et Plutarcho fuit coætaneus, Dione similiter dictum, Orat. iii. p. 45., ubi inter alia docet, quod bonus ac pius princeps, qualis Trajanus, Οὐ μόνον δὲ ἡγεῖται Θεοὺς, ἀλλὰ καὶ Δαίμονας, καὶ Ἥρωας Ἀγαθοὺς, τὰς τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ψυχὰς μεταβαλλούσας ἐκ τῆς θνητῆς φύσεως. Quam in rem a Tito, milites in obsidione Hierosolymitana ad fortiter pugnandum hortante, dictum refert Josephus Ἀλώσ. L. vii. p. 945., Τίς γὰρ οὐκ οἶδε τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν animas ferro in acie corporibus solutas, a purissimo æthere hospitio recipi, ac inter sidera collocari? ac, ut addit, Δαίμονες δὲ ἀγαθοὶ, καὶ Ἥρωες εὐμενεῖς, ἰδίοις ἐκγόνοις ἐμφανίζονται:"]

[Ἀγαθὸς formari ab ἀγαστὸς, ut θαυματὸς pro θαυμαστὸς, supra dictum est. Exemplis ibi laudatis addi potuit ἀθέμιτος pro ἀθέμιστος. Συναγωγὴ Λέξεων χρησίμων ἐκ διαφόρων σοφῶν τε καὶ ῥητόρων πολλῶν, in Bekkeri Anecd. Gr. T. i. p. 353.: Ἀθέμιστα καὶ ἀνόσια δρᾷν Δείναρχος εἶπε καὶ Σοφοκλῆς, καὶ ἀθεμιστότεροι Ξενοφῶν, καὶ ἀθέμιτοι μοῦσαι εἶπεν Ἀγάθων ἐν Ἀλκμαίωνι. Xenophontis locus legitur in K. Π. viii. 8. 3., Persæ ἀθεμιστότεροι νῦν ἢ πρόσθεν. Vocem θαυμαστὸς bis tantum a Sophocle usurpari, notavit Maltbius in Lex. Gr. Prosod.: idem et compositum * ἀθαυμάστως usurpaverat, quo carere Schneideri Lex. mirum est, cum Brunck. in Lex. Sophocl. e Grammatico S. Germ. protulerit locum, qui exstat in Bekkeri Anecd. Gr. l. c., Ἀθαυμάστως· Σοφοκλῆς εἶπεν. Ceterum etymologia vocis Ἀγαθὸς modo memorata non omnibus veteribus Grammaticis placuit. Aristoph. Plut. v. 157., Ὁ μὲν ἵππον ἀγαθὸν, ὁ δὲ κύνας θηρευτικάς. Ubi glossa in Cod. Paris. num. 2827. apud Schæferi Append. p. 493.: Ἐπιτήδειον εἰς δρόμον, ἤγουν ἄγαν θέοντα· ἀρετὴ γὰρ ἵππου τοῦτο. "De hac etymologia vide etiam Etym. M. c. 5. 18. (Ἀγαθός· παρὰ τὸ ἄγαν θέειν ἡμᾶς ἐπ' αὐτὸν,) 730. 34. (Τὰ παρὰ τὸ θέω συντιθέμενα ἅπαντα ὀξύνεται, βοηθὸς, ἀγαθὸς, οὕτω καὶ στρουθὸς.)" Schæf.]

Ἀγαθὸς nullum comparativum nec superlativum habet, inquit Eustath. (ad Od. A. p. 1384. 47.) propter significationem adverbii ἄγαν illo inclusam: sicut nec δῖος, quia summam excellentiam denotat; nam, ut διώτερος aut διώτατος non dicitur, ita apud nullum Gr. scriptorem ἀγαθώτερος aut ἀγαθώτατος inveniri scribit Ælius Dionysius: ["Ετι ἰστέον ὅτι, καθὰ τὸ δῖος οὐ παράγει σύγκρισιν ἢ ὑπέρθεσιν διὰ τὸ φύσει τῆς λέξεως * ὑπεροχικὸν, οὐδεὶς γὰρ λέγει διότερος ἢ διότατος· οὕτως οὐδὲ τὸ ἀγαθὸς, διὰ τὴν ἐν αὐτῷ τοῦ ἄγαν ἐπίτασιν. Φησὶ γοῦν Αἴλιος Διονύσιος, ὅτι ἀγαθώτερος καὶ ἀγαθώτατος, παρ' οὐδενὶ τῶν Ἑλλήνων κεῖται. Etym. p. 5. 23., Σύγκρισιν δὲ οὐ ποιεῖ, οὔτε ὑπέρθεσιν, ὡς ἐγκειμένου ἐπιτατικοῦ μορίου, ἵνα μὴ γένωνται δύο ἐπιτάσεις ὁμοῦ, ἀλλὰ, μᾶλλον ἀγαθὸς ὅδε τοῦδε. Phrynichi Ecl. p. 32., Ἀγαθὸς μᾶλλον λέγε, μὴ ἀγαθώτερος, καὶ ἀντὶ τοῦ ἀγαθώτατος, ἀγαθὸς μάλιστα.] Citatur tamen ex calce cujusdam Epistolæ Synesii, Τὸν ἀγαθώτατον ἑταῖρον πλεῖστά μοι πρόσειπε. [Usi sunt Julian. Epist. xliii. p. 425. a G. Wakef. in Mss. citatus, Ἀγαθώτατε, πότε σε ἴδω, καὶ περιλάβωμαι; Diodor. Sic. xvi. 85. et Apollon. de Syntaxi p. 46. 6. Legitur et in Gen. xlvii. 6., teste Kreysig. apud Beckii Acta Semin. Reg. et Soc. Philol. Lips. V. i. p. 153. V. Sturzium de Dial. Maced. et Alex. p. 143=clxxxiv. b. Comparativum Ἀγαθώτερος vir quidam doctus, i. e. Abresch., Sturzio, ut videtur, ignotus, in Misc. Obss. Vol. x. p. 353., præter versionem Alex. Jud. xi. 25. et xv. 2., (quo tamen utroque loco, inquit Sturzius, Cod. Alex. habet κρείσσων, quem Sturzium præteriit nota J. Fr. Fischeri, Animadvv. ad Velleri Gram. Gr. Spec. ii. p. 96., monentis lectionem istam ex Theodotionis interpretatione illuc venisse,) apud unum Gregorium Naz. Orat. xvi. p. 261. legi observavit, atque hanc observationem repetiit idem Sturzius. Sed, teste Nunnesio ad Phrynichi locum, Ἀγαθώτερος legitur in Aristot.: et, teste Hœschelio ad eund. loc., usurpatur a Jo. Chrysostomo in Ep. ad Timoth. Adde Plotin. de Numeris p. 690. ap. Creuzer. ad Lib. de Pulcr. p. 206. Glossæ: Ἀγαθώτερος· Benignior, P. "Josepho usum superlat. Ἀγαθώτατος Vellerus tribuit, præeunte Caninio Ἑλλην. p. 223. Cren., nescio an temere. Nobis quidem locum scriptoris elegantissimi reperire non licuit: etsi eum superlativo Κορυφαιότατος, quem, præter Phrynich. Eclogg. p. 102., et Lucian. Solœc. p. 741. T. ii. Græv., Thom. Magist. v. κορυφαῖον eandem ob causam repudiat, ob quam alii Grammatici veteres superlat. Ἀγαθώτατος probari non posse præcipiunt, usum esse Grævius in notis ad Lucian. d. l. docuit. Iidemque Grammatici, Phrynich. Eclogg. p. 22. et Thom. Mag. v. Τελευταῖον, ab usu superlativi * τελευταιότατον abstinendum esse elegantiæ studiosis docent." Fischer. l. c. Porro Ἀγαθώτατος reperitur et in Heliodori[1] Æthiop. p. 226., notante G. Wakef. in Mss., Πειθόμενο παρ' Ἑρμοῦ τοῦ καλλίστου καὶ ἀγαθωτάτου τῶν θε. ἥκειν μοι συνήθως καὶ τόδε τὸ εὕρημα: et in Zoroastro ap. Euseb. P. E. i. p. 42. a. ed. Colon., de Deo, Ἀγαθῶν ἀγαθώτατος. Vide Creuzer. l. c. p. 385. "De compar. et superl. v. Reiz. Belg. Græciss. p. 629. Diod. S. ii. 148. 605. 638.," Schæf. in Mss. Ejusdem census sunt Bonissimus et Malissimus apud Latinos. Varro de Ling. Lat. vii. p. 122. ed. Bipont.;—"Deinceps dicam de altero genere vocabulorum, in quo contentiones sunt, ut Album, albius, albissimum: in quo eam analogiam non servari apparet. Nam cum sit simile, Salsum, Caldum, et dicatur ab heis, Salsius, Salsissimum, Caldius, Caldissimum debuit dici. Quoniam simile est Bonum, Malum; ab heis Bonius et Malius, Bonissimum et Malissimum: nonne dicimus, Bonum, Melius, Optimum? Malum, Pejus, Pessimum?" Cf. Barthii Advers. 36, 6.] Irregulares autem comparativi sunt, βελτίων, ἀμείνων, κρείττων, ἀρείων, λωΐων, superlativi, βέλτιστος, κράτιστος, ἄριστος, λῷστος: quorum comparativorum et superlativorum invenies unumquemque in Βελτίων.

Ἀγαθῶς, Adverb. [Bene, Recte, Glossæ Labb.: Ἀγαθῶς, Bene, P. 1 Reg. xx. 7., Ἐὰν τάδε εἴπῃ, ἀγαθῶς, εἰρήνη τῷ δούλῳ σου. 4 Reg. xi. 19., Καὶ

[1] "Θυμὸν ἔχε ἀγαθόν.] Ἡροδότου (Γ, πέ.) ἡ φράσις, ᾗ χρῆται συνεχῶς (σελ. 33. καὶ 341.) Ἡλιόδωρος. Ἔστι δὲ τὸ ἐν τῇ συνηθείᾳ λεγόμενον, Ἔχε καλὴν καρδίαν." Coraius ad Heliod. T. ii. p. 120.

εἰσῆλθε πᾶς ὁ λαὸς τῆς γῆς εἰς οἶκον τοῦ Βάαλ καὶ κατέσπασαν αὐτὸν, καὶ τὰ θυσιαστήρια αὐτοῦ καὶ τὰς εἰκόνας αὐτοῦ συνέτριψαν ἀγαθῶς. Theod. 1 Reg. xvi. 17., ubi interpretes Alex. ὀρθῶς habent. Vide Bielii Thes. Philol.] Utiliter, ap. Hippocr.: συμφερόντως, Erotian. [" Secundo de Officina Medici, t. 3. p. 503. v. 14. Ejus vero, quod ἀγαθῶς, Bene, deligatur, duæ sunt species. Secundo de Fract. t. 19. p. 460. v. 40. At vero talia ἀγαθῶς, Bene, deligare non cujusvis est. Galen. in Com. inquit: Hic auctor et alii antiqui sæpenumero ἀγαθῶς, Bene, pro καλῶς, Pulcre, usurpant. Et t. 31. p. 461. v. 17. ἀγαθὸν bonum est hoc testimonium in omnibus sugillatis. Galen. eum locum exponens ait: Idoneum sive bonum dixisse ἀγαθὸν quasi certum, stabile, verum, perpetuum. Secundo de Artic. t. 44. p. 482. v. 14., Uti autem convenit ad omnia hæc hujusmodi farina, si ex ἀγαθῶν optimo tritico fuerit. Galen. eo in loco inquit: Optimum triticum dixisse ἀγαθοὺς πύρους. Majores enim soliti sunt ἀγαθοὺς vocabulo uti ad notandum id omne, quod in suo genere primum. Secundo Aphorism. t. 33. p. 391. v. 41., In omni morbo valere mente, et bene se habere ad ea, quæ exhibentur, ἀγαθὸν, Bonum: contrarium vero malum. Galen. in Com. inquit: Dici signum esse bonum, quantum in se ipso est hoc aliquid. Et Lib. quarto t. 25. p. 394. v. 19., Sanguis sursum quidem qualiscumque fuerit, melius est: deorsum vero ἀγαθὸν bona sunt nigra subeuntia. Galen. in eo loco vult ἀγαθὸν, bonum, non tamquam proprie dictum, sed tamquam idem, quod melius, esse accipiendum, quasi ita diceret: Infra autem melius nigra dejici. Hic animadvertendum est, versiones interpretum non omni ex parte quadrare verbis Hippocratis. Sic enim scribit: Αἷμα ἄνω μὲν ὁκοῖον ἂν ᾖ, κακόν· κάτω δὲ, ἀγαθόν· καὶ τὰ μέλανα ὑποχωρέοντα, κακόν. Hoc est, ut mihi videtur, Sanguis sursum quidem, qualiscumque fuerit, malum, deorsum vero ἀγαθὸν, Bonum, et nigra subeuntia, malum." Eustach. Fæsius p. 1. ex loco Ciceronis Tuscul. iv. belle hæc illustrat, notante Franzio. In Lex. Ernest. ἀγαθῶς exponitur Valde, sed ἀμαρτύρως. Συναγωγὴ Λέξεων χρησίμων in Bekkeri Anecd. Gr. T. i. p. 327., Ἀγαθῶς· σφοδρῶς. Sedem glossæ ignoramus, nisi referenda sit ad 4 Reg. xi. 19., Καὶ τὰς εἰκόνας αὐτοῦ συνέτριψαν ἀγαθῶς.]

[Ἀγαθὸς in var. lect. permutatur cum ἐσθλός. Xenoph. K. Π. i. 5. 7. p. 52., Πλέον ἔχωσιν οἱ ἐσθλοὶ γενόμενοι τῶν πονηρῶν. " Stobæus et Marg. Steph. habent ἀγαθοί. Per glossam. Nam Xenophon sæpe utitur poeticis: Aπ. i. 2. 20. et Σ. 2, 5. a Theognide." Sturzius in Lex. Xenoph. Vide Dorvill. Animadvv. in Charit. viii. 4. p. 620=686., qui quantumvis contrarii sensus vocabula sæpissime eundem locum obtinere in Codd., pluribus docuit exemplis. " Vide modo," inquit, " Platonem de L. L. iv. 858. d. Lysiam 10. p. 175. et 26, 594., ubi κακῶν et ἀγαθῶν crebro misceri docemur." Quo compendio ἀγαθὸς in Codd. scribatur, exponit Bastius ad Gregor. Cor. p. 162. Scholia Veneta ad Hom. Il. B. 311., Ἐτυμολογοῦσι γὰρ τὸ ζῷον sc. στρουθὸς, παρὰ τὸ μετὰ οἴστρου θέειν· τὰ δὲ παρὰ τοῦτο τὸ ῥῆμα ἑωρῶμεν ὀξυνόμενα, ὥσπερ τὸ ἀγαθὸς, βοηθός. Cod., teste Bastio, habet, ἀγᾶϑς id est, ἀγαθὸς καί. E Scholiis Homericis sua sumsit Etym. v. Στρουθὸς p. 739. 30. Ἀγαθὸς et καλὸς confusa habes, inquit Schæf. in Mss., ad Dionys. Halic. T. iv. p. 2118.]

Ἀγαθότης, ητος, ἡ, Bonitas, (Benignitas), Probitas, ut a κακὸς fit κακότης. [Mœris p. 921., a Schæf. in Mss. laudatus, Χρηστότης· οὐκ ἀγαθότης. Minus Attice igitur Philo p. 38., Τὸ δὲ ξύλον τῆς ζωῆς ἐστιν ἡ γενικωτάτη ἀρετὴ, ἣν τινες ἀγαθότητα καλοῦσιν, ἀφ᾽ ἧς αἱ κατὰ μέρος ἀρεταὶ συνίστανται. " Sap. xii. 22. Benignitas; Sinceritas, Consilii integritas, Sap. i. 1. ubi est idem quod ἁπλότης καρδίας, quod in altero membro legitur, Φρονήσατε περὶ τοῦ Κυρίου ἐν ἀγαθότητι, καὶ ἐν ἁπλότητι καρδίας ζητήσατε αὐτόν." Bretschneider. in Spicil. Lex. in Interprr. Gr. Vet. Test. p. 18. Glossæ Labb.: Ἀγαθότης· Benivolencia,

A vel Bonitas. Bonitas. P. Bonitas. S.] Ἀγαθότης, inquit Budæus, θεότης, de Deo dictum. Gregor. Naz. de Deo p. 155. [Sapientiæ Liber vii. 26., Ἀπαύγασμα γάρ ἐστι φωτὸς ἀϊδίου, καὶ ἔσοπτρον ἀκηλίδωτον τῆς τοῦ Θεοῦ ἐνεργείας, καὶ εἰκὼν τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ. Maximi Scholia in Dionys. Areop. p. 133., Τῇ ἀγαθότητι τοῦ Θεοῦ: p. 134., Φησὶ γὰρ διὰ μόνην ἀγαθότητα τὸ πᾶν παραγαγεῖν τὸν Θεόν: p. 136., *Ἀψύχως δὲ καὶ ἀναισθήτως, λέγεται ἐφίεσθαι τῆς ἀγαθότητος τοῦ Θεοῦ: p. 144., Αὐτὸς, sc. ὁ Θεὸς, δὲ πλούτῳ ἀγαθότητος, τῶν μὲν, ἀνεῖλε καὶ τὸ φθαρτὸν, ὡς ἀγγέλων καὶ ψυχῶν: et p. 163., Ὅσα οὖν ἐστιν ἄζωα καὶ ἄψυχα, διὰ τὴν ἀγαθότητα τοῦ Θεοῦ οὕτω παρήχθη κ. τ. λ.: p. 282., Προνοίας καὶ ἀγαθότητάς φησιν, ἅπερ προεῖπεν οὐσίωσιν, ζώωσιν, ἀγαθότητα, θεότητα, κάλλος, καὶ τὰ ὅμοια. Clemens Alex. Strom. vii. p. 835. 16., Παιδεύσεις δὲ αἱ ἀναγκαῖαι, ἀγαθότητι τοῦ ἐφορῶντος μεγάλου κριτοῦ, διά τε τῶν προσεχῶν ἀγγέλων, διά τε προκρίσεων ποικίλων, καὶ διὰ τῆς κρίσεως τῆς παντελοῦς, τοὺς ἐπὶ πλέον ἀπηλγηκότας ἐκβιάζονται μετανοεῖν. Idem ibid. vi.
B p. 795. 7., Ἀγαθὴ γὰρ ἡ τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνη, καὶ δικαία ἐστὶν ἡ ἀγαθότης αὐτοῦ. Idem ibid. ii. p. 451. 41., Εἶθ᾽ ἡ ἀγαθότης καὶ ἐπὶ τούτοις δείκνυται τοῦ Θεοῦ. Vide Simplic. ad Epicteti Enchirid. p. 9—12.]

" Αὐτοάγαθος, (ου, ὁ, ἡ,) Ipse per se bonus. " Gregor. Naz. de Deo." H. Steph. Thes. Ind. Abr. Kall. in Mss. citat Cyr. Theodor.; et Simplic. ad Epict. i. p. 11. Τὰ δὲ ἄλλα πάντα, ὑπὸ τοῦ ἀγαθοῦ τοῦ ἑνὸς καὶ τῶν πολλῶν ἀγαθοτήτων παραχθέντα, ἀποστάντα τοῦ εἶναι αὐτοαγαθὰ καὶ ἀκινήτως ἐνιδρῦσθαι ἐν τῇ ὑπάρξει τῆς θείας ἀγαθότητος, κατὰ μέθεξιν ἔχει τὸ ἀγαθὸν, et p. 12., Ἀλλ᾽ αἱ μὲν πρῶται τῶν ψυχῶν, ἅτε προσεχῶς ὑπὸ τῶν αὐτοαγαθῶν παραχθεῖσαι. " Dii omnes boni, juxta Plat. de Rep. ii. p. 380., Ὅτι Θεὸς ἀγαθὸς, h. e., juxta Proclum ad eum locum p. 356., ὄντως ἀγαθὸς, καθὸ καὶ ἔστι Θεὸς, Revera bonus, quatenus etiam est Deus, et quidem αὐτοάγαθος, Per se bonus; unde etiam Θεοὶ ἀγαθῶν εἰσὶ χορηγοὶ, Dii bonorum omnium datores, ab eodem Proclo dicuntur in Timæum p. 335." Spanh. ad Juliani Orat. i. p. 295. b.
C Epiphan. Adv. Hær. L. iii. 76. p. 959., Οἴκοθεν γὰρ ἔχει τὸ αὐτοάγαθον, ὅπερ ἐστὶ πάντων κρεῖττον. Paulo inferius, Καὶ οὐκ ἀπὸ βουλήματος μόνον ὑπῆρξεν αὐτῷ τοῦτο, ὡς ἂν εἴποι τις * μελλητικῶς, ἢ κατὰ μέλλον,[1] ἢ συμβουλευτικὸν λογισμὸν, ἀλλὰ κατὰ τὸ αὐτοάγαθον· πέφυκε γὰρ αὐτοάγαθον, l. αὐτοάγαθος, * συμπρεπόντως αὐτῷ τὰ πάντα ἔχων, καὶ ποιῶν, καὶ ἐργαζόμενος.]

[* Αὐτοαγαθότης, ητος, ἡ, " Ipsamet bonitas, sive Per se bonitas, quæ essentia sua talis est, et non ab alio, vel per participationem, ut sunt homines et Angeli. Dionys. Areop. de Div. Nom. c. ii., p. 414., Τὴν θεαρχικὴν ὅλην ὕπαρξιν ὅ, τι ποτέ ἐστιν, ἡ αὐτοαγαθότης ἀφορίζουσα καὶ ἐκφαίνουσα πρὸς τῶν λογίων ὑμνηται, Ipsamet bonitas a sacris Literis celebratur, totam essentiam divinam, quidquid tandem sit, definivisse atque explorasse. Eodem sensu Greg. Naz. Deum αὐτοάγαθον, Ipsum per se bonum, appellat; et Pachymeres in cap. i. Dionysii Areop. de Div. Nominibus p. 395." Suicer. in Thes. Eccles. Simplic. ad Epict. i. p. 11. b., ab Abr. Kallio in Mss. lauda-
D tus, Οὐκ ἐνδεῆ τοῦ ἀγαθοῦ, ὅτι αὐτοαγαθότητές εἰσι. Maximi Scholia in Dionys. Areop. p. 282., Αἱ οὖν ἐκ τῶν ἐνόντων αὐτῷ ἀγαθῶν εἰς μετάδοσιν ἐλλάμψεις * πρωτοτύπως λέγονται, καὶ αὐτοεῖναι, καὶ * αὐτοζώωσεις, καὶ * αὐτοθεώσεις, καὶ ὅσα τοιαῦτα κατὰ μίμησιν τῶν ἀρχῶν, τουτέστι τῶν αὐτοῦ δὴ τοῦ Θεοῦ ὄντων, φημὶ τῆς * αὐτοθεότητος, καὶ αὐτοαγαθότητος, καὶ αὐτοζωῆς. Eadem ibid., Καὶ τῆς αὐτοαγαθότητος· ὅτι καὶ τῆς αὐτοαγαθότητος, καὶ θεότητος ὑποστάτης ἐστὶν ὁ ὑπεράγαθος καὶ ὑπέρθεος. Vide Epiphan. Adv. Hær. L. iii. 76. p. 959.]

[* Ὑπεράγαθος, ου, ὁ, ἡ, Valde bonus, Optimus. " Significat eum, qui est superbonus, plusquam bonus, et est epithetum solius Dei. Dionysius Areopagita cap. ii. de Divinis Nominibus, sect. 4. p. 419. Deum vocat ὑπεράγαθον θεότητα, Supraquam bonam Deitatem. Idem, statim ab initio Mysticæ Theologiæ p. 707. SS. Trinitatem vocat, Τριάδα * ὑπερούσιον, καὶ ὑπέρθεον, καὶ ὑπεράγαθον, Supernaturalem, et su-

[1] Adnotatum est in margine, Γρ. κατάμελον. Legendum videtur vel κατὰ τὸ μέλλον, vel καταμέλλοντα, de quo verbo v. Schweigh. in Lex. Polyb.

praquam divinam, et supraquam bonam." Suicer. in Thes. Eccles. Michael Syngelus in Laudatione Dionysii p. [illegible]. ed. Paris. 1562., Τὴν τῆς πάντα θεωμένης καὶ [illegible] παντελεῖ πάντα περιθεούσης καὶ συνεχούσης [illegible], τῆς ἐν τῇ [illegible] καὶ ὑπερθέῳ, καὶ ὑπεραγάθῳ Τ[illegible] προσκυνουμένης καὶ λατρευομένης * ὑμνήτ[illegible]. Usurpavit hanc vocem, teste Boissonad. in Mss., Nicetas Paphlag. Laud. S. Eustathii 61. 6. Hinc

[* Ὑπεραγαθότης, ητος, ἡ, Summa bonitas. "Est superbonitas, i. e., Bonitas omnem bonitatem superans. Dionysius Areopagita de Divinis Nominibus, c. i. s. 5. p. 382. de Deo: Ἡ τῆς ὑπεραγαθότητος ὕπαρξις, Bonitatis omnem bonitatem superantis existentia." Suicer. in Thes. Eccles. Hinc]

[* Αἰθυπεραγαθότης, Abr. Kallius in Mss. e Dionysio Areop. p. 225. affert.]

Ἀγαθωσύνη, ης, ἡ, Bonitas, (Benignitas, Animus erga alium benevolus, Studium aliis benefaciendi.) At in Ecclesiastico nove pro Felicitate et rebus secundis usurpatur: [ix. 7., Ἁμαρτάνων εἷς ἀπολέσει ἀγαθωσύνην πολλὴν, Unus peccans multa bona perdet. Sic vertit Biel. in Thes. Philolog. At Schleusner. in Lex. intelligendam arbitratur probitatem, integritatem, virtutem universam.] Scribi autem debet ita, non ἀγαθοσύνη per ο, secundum Moschopuli et aliorum quorundam regulam. [Mœris Atticista p. 921., a Schæf. in Mss. citatus, Χρηστότης· οὐκ ἀγαθότης, οὐδ' ἀγαθοσύνη. "Leid. sec. ἀγαθωσύνη, ut vulgo editur in S. literis, et a Suicero, quem vide in Thes. Sed δικαιοσύνη, λαμπροσύνη, et similia a Nominativo adjectivæ vocis formata." Oudendorp. Etym. p. 275. 42., Τὰ διὰ τοῦ οσυνη θηλυκὰ ὀνόματα διὰ τοῦ ο μικροῦ γράφεται, πλὴν τοῦ ἁγιωσύνη, ἀγαθωσύνη, ἱερωσύνη, μεγαλωσύνη. Phavor. Ἀγαθωσύνη· ἡ ἀπηρτισμένη ἀρετὴ, ὡς ὁ Ἀπόστολος. Zonar. p. 29., Ἀγαθωσύνην· τὴν ἀπηρτισμένην ἀρετὴν καλεῖ ὁ Ἀπόστολος· Ὅτι καὶ αὐτοὶ μεστοί ἐστε ἀγαθωσύνης. Τὸ δὲ μεστοὶ ἐπιτάσεώς ἐστι ῥῆμα. "Locus est Rom. xiv (nunc xv.) 14. ad quem locum eadem Œcumenius." Tittmann. Sensus est, Vos jam satis bene cupere aliis comperi. Vulg. Dilectio. Theophylact., Τουτέστιν ἀγαθῆς γνώμης καὶ φιλαδέλφου, ἢ καὶ ὁλόκληρον τὴν ἀρετὴν, ἀγαθωσύνην καλεῖ. Theodoretus explicat per παντοδαπὰ ἀγαθά, Omnis generis bona. Galat. v. 22. (coll. v. 20.), Ὁ δὲ καρπὸς τοῦ πνεύματός ἐστιν ἀγάπη, χαρὰ, εἰρήνη, μακροθυμία, χρηστότης, ἀγαθωσύνη. Ubi χρηστότης ab ἀγαθωσύνη distinguitur. Alibi tamen tanquam synonyma usurpantur, ut in loco Mœridis Atticistæ supra posito. Ephes. v. 9., Ὁ γὰρ καρπὸς τοῦ πνεύματος ἐν πάσῃ ἀγαθωσύνῃ καὶ δικαιοσύνῃ καὶ ἀληθείᾳ. Theophylact. ad hunc locum, Πᾶσαν ἀγαθωσύνην λέγει τὴν πρὸς πάντας, οὐ μόνον φίλους, ἀλλὰ μᾶλλον πρὸς τοὺς ἐχθρούς. Glossæ Labb.: Ἀγαθοσύνη· Bonitas, Benignitas. Deinde etiam Probitatem, integritatem virtutem universam significat. 2 Thess. i. 11., Ἵνα ὑμᾶς ἀξιώσῃ τῆς κλήσεως ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ πληρώσῃ πᾶσαν εὐδοκίαν ἀγαθωσύνης, pro ἀγαθωσύνην ἥ ἐστιν αὐτοῦ εὐδοκία, Quicquid recte factorum ipsi placet. Huc referendum esse male censet Schleusner. in Lex., quem vide, Œcumenii atque ex eo Phavorini locum, qui, ut viderunt Suicer. in Thes. Eccles. et Tittmann. l. c., ad Rom. xv. 14. pertinet. Legitur et in 2 Reg. vii. 21. Neh. ix. 25. 35. Ps. xxxvii. 21. Jud. viii. 45. Eccles. vii. 15., Ἐν ἡμέρᾳ ἀγαθωσύνης, In die bona, Aqu. Ps. xv. 2. Sym. Ps. xxvi. 13. et alibi, notante Bielio in Thes. Philolog. Clemens Alex. Strom. vi. p. 792. 13., Οὕτως καὶ τῇ δικαίᾳ ψυχῇ θεία τις ἀγαθωσύνης δύναμις: Idem Pædag. i. p. 148. 40., Ἡ ἀγαθωσύνη αὐτοῦ, ἡ πρὸς τοὺς ἐξ ὑπακοῆς πεπιστευκότας, ἀμετακίνητός τε καὶ ἀῤῥεπής. Cod. Palat., notante Sylburgio in Ind., per ω scribit, Ἀγαθωσύνη, at Florentina Ed. per ο, Ἀγαθοσύνη.]

Ἀγαθικὸς, οῦ, ὁ, Adject. Ἀγαθικὰ Suidas exponit σπουδαῖα, i. e. Proba, Recte et cum virtute facta v. dicta. [Zonar. p. 31., et Συναγωγὴ Λέξεων χρησίμων in Bekkeri Anecd. Gr. T. i. p. 324., Ἀγαθικά· τὰ σπουδαῖα. Sedem vero glossæ nondum invenimus. Vox in Schneideri Lex. non legitur.]

A ας, ἡ, Dianæ cognomen, quod in virgultorum densitate comperta memoretur, quæ λύγοι vocantur." Proculdubio respicitur ad Pausaniæ locum. An Græce dici possit Λυγόδεσμα, valde dubitamus, sed de altera forma Λυγόδεσμος non est quod hæsitemus.]

[Ἄγαλμα Ἀρτέμιδος Βραυρωνίας.] " Βαυρωνία, " apud Schol. ad Aristoph. (Av. v. 872.) cognominari " dicitur ἡ Ἄρτεμις ὑπὸ τῶν Φιλιατῶν. Sed perperam, " ut opinor, pro Βραυρωνία. Steph. enim teste, Βραύρων " (sic in Berkelii ed.) est δῆμος τῆς Ἀττικῆς, a Brauro- " ne heroe denominatus, a quo Βραυρωνία ἡ Ἄρτεμις. " Ab eodem hæc τοπικὰ adverbia esse dicit, Βραυ- " ρωνόθεν, Βραυρωνάδε, (Βραυρώναδε in Berkelii edit.) " Βραυρῶνι. Atque adeo hæc ita scripta leguntur " apud Plut. et Pausan. et Suidam, aliosque." H. St. Thes. Ind. [Eadem scriptura, quam habet Schol. ad Aristoph. l. c., reperitur et in Plut. de Virt. Mul. viii. T. iii. p. 17. ed. Wyttenb., Τυῤῥηνῶν τοίνυν τῶν Λῆμνον καὶ Ἴμβρον κατασχόντων, ἁρπασάντων δὲ Βραυρωνόθεν τὰς Ἀθηναίων γυναῖκας, ἐγένοντο παῖδες, οὓς
B ἐξήλασαν Ἀθηναῖοι, μιξοβαρβάρους ὄντας, ἐκ τῶν νήσων. " Ita Xyl. edidit e Cod. scripto, et monuit ita legendum esse L. Holsten. ad Steph. Byz. p. 74., et res ipsa loquitur: vulgo Βαυρωνόθεν." Wyttenb. Paulo inferius in eodem Plutarchi libro est Βαύρωνος pro Βραύρωνος seu potius Βραυρῶνος, nempe p. 19.: Ὁρμισθεῖσιν οὖν πρὸς τῇ λεγομένῃ Χεῤῥονήσῳ (i. e. Cretæ loco), θόρυβοι πανικοὶ προσέπεσον νύκτωρ· ὑφ' ὧν διαπτοηθέντες, ἐνεπήδησαν εἰς τὰς ναῦς ἀκόσμως, ἀπολιπόντες ἐν τῇ γῇ ξόανον τῆς Ἀρτέμιδος, ὃ πατρῷον ἦν αὐτοῖς εἰς Λῆμνον ἐκ Βραύρωνος κομισθὲν, ἐκ δὲ Λήμνου πανταχοῦ συμπεριαγόμενον. Cf. Idem in Quæst. Gr. T. vii. p. 186. ed. Reisk. Hesych. Βραυρών· τόπος τῆς Ἀττικῆς. Suidas: Βραυρών· τόπος τῆς Ἀττικῆς, ἐν ᾧ τὰ Διονύσια ἤγοντο, καὶ μεθύοντες πολλὰς πόρνας ἥρπαζον. Καὶ Ἀριστοφάνης· ὦ δέσποτα, Ὅσην ἔχεις τὴν πρωκτηετηρίδα (leg. * πρωκτοπεντετηρίδα)· εἴρηται δὲ διὰ * πενταετηροῦς χρόνου ἄγεσθαι τὰς θεωρίας τῶν Διονυσίων. Respexit ad Aristoph. Pac. v. 873.: ΤΡ. Αὕτη Θεωρία 'στὶν, ἣν ἡμεῖς ποτε Ἐπαιό-
C μεν Βραυρωνάδ' ὑποπεπωκότες· Σάφ' ἴσθι, κἀλήφθη γε μόλις. ΟΙ. ὦ δέσποτα, Ὅσην ἔχει τὴν πρωκτοπεντετηρίδα, ubi Schol. Βραυρὼν, πόλις τῆς Ἀττικῆς, ἐν ᾗ τὰ Διονύσια ἤγοντο, καὶ μεθύοντες πολλὰς πόρνας ἥρπαζον. Πρωκτοπεντετηρίδα· παρόσον διὰ πενταετηροῦς χρόνου ἤγοντο αἱ θεωρίαι τῶν Διονυσίων. Λέξ. ῥητορ. in Bekkeri Anecd. Gr. T. i. p. 220.: Βραυρωνία· Ἄρτεμις, οὕτω καλουμένη ἀπὸ Βραυρῶνος τόπου, ἐν ᾧ μάλιστα ἡ θεὸς τιμᾶται, ἐκλήθη δὲ ὁ τόπος ἀπὸ Βραυρῶνος ἥρωός τινος: et p. 242., * Διάκρια· τόπος Ἀττικῆς ὑπὸ Βραυρῶνα Ἐλευσίνιον Δήμητρος καὶ Φερεφάττης ἱερὸν, ubi aliquid corruptelæ latere videtur. Pro Ἐλευσίνιον repone Ἐλευσινίας. Hesych. * Διακρεῖς (rectius * Διακριεῖς, ut in Etym. M. p. 268. 3.)· οὐ μόνον Εὐβοέων τινὲς, ἀλλὰ καὶ Ἀθῆναι (ex Palmerii et Valesii conjectura leg. Ἀθηναῖοι), καὶ τόπος τῆς Ἀττικῆς, καὶ ἡ χώρα, Διακρία, ἡ ἀπὸ Πάρνηθος εἰς Βραυρῶνα, ubi Βραυρῶνα pro vulgato Βαβυλῶνα dedit Albertius. Cod. Ven. teste Schowio, Διακρεῖς μόνον εὐ. ἑων τ.—χώρα Διάκρια, ἡ α.—βαλυλῶνος. Mu-
D surus scripserat Βαλυλῶνα. " In εὐ. ἑων prima scriptura sub emendatione superscripta evanuit: male in Ald. Βαβυλῶνα." Schow. Steph. Byz.: Διάκρια· φυλὴ τῆς Ἀττικῆς, ἣν ᾤκει Πάλλας ὁ Πανδίονος υἱὸς, οἱ δημόται, Διακριεῖς, ubi, cum τὸ τοπικὸν, Διακριεῖς, a v. Διάκρεια formari non possit, corrige Διάκρια, ut in Λέξ. ῥητορ. l. c. legitur. Pausan. i. 23.: Ἐν τῇ Ἀθηναίων ἀκροπόλει—Ἀρτέμιδος ἱερόν ἐστι Βραυρωνίας, Πραξιτέλους μὲν τέχνη τὸ ἄγαλμα, τῇ θεῷ δ' ἐστὶν ἀπὸ Βραυρῶνος δήμου τὸ ὄνομα· καὶ τὸ ἀρχαῖον ξόανόν ἐστιν ἐν Βραυρῶνι Ἄρτεμις, ὡς λέγουσιν, ἡ Ταυρική. Idem i. 33.: Μαραθῶνος δὲ ἀπέχει τῇ μὲν Βραυρὼν, ἔνθα Ἰφιγένειαν τὴν Ἀγαμέμνονος ἐκ Ταύρων φεύγουσαν, τὸ ἄγαλμα ἀγομένην τῆς Ἀρτέμιδος, ἀποβῆναι λέγουσιν, καταλιποῦσαν δὲ τὸ ἄγαλμα ταύτῃ, καὶ εἰς Ἀθήνας, καὶ ὕστερον εἰς Ἄργος ἀφικέσθαι. Ξόανον μὲν δὴ καὶ αὐτόθι ἐστὶν Ἀρτέμιδος ἀρχαῖον. Idem viii. 46.: Βασιλέα τε τῶν Περσῶν Ξέρξην τοῦ Δαρείου, χωρὶς ὅσα ἐξεκόμισε τοῦ Ἀθηναίων ἄστεως, τοῦτο μὲν ἐκ Βραυρῶνος ἄγαλμα ἴσμεν τῆς Βραυρωνίας λαβόντα

Ἀρτέμιδος, τοῦτο δὲ αἰτίαν ἐπενεγκὼν Μιλησίοις ἐθελοκακῆσαι σφᾶς ἐναντία Ἀθηναίων ἐν τῇ Ἑλλάδι ναυμαχήσαντας. τὸν χαλκοῦν ἔλαβεν Ἀπόλλωνα τὸν ἐν Βραγχίδαις. J. Pollux viii. 107., περὶ ἱεροποιῶν, Δέκα ὄντες οὗτοι ἔθυον θυσίας τὰς πενταετηρίδας, τὴν εἰς Δῆλον, τὴν ἐν Βραυρῶνι, τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν, τὴν Ἐλευσίναδε. "De Braurone haud ignobili Atticæ regionis pago ad L. viii. 107., ubi vocem illam habebamus corruptam, collegit abunde Jungermann., jussitque ibi hic reponi accentu mutato Βραυρῶνι (pro vulgato Βαύρωνι), qua in re viro præstantissimo morem gerendum duximus: atque ita est apud Steph. in illa voce, parilique modo Μαραθῶνι, Βαβυλῶνι, aliaque similia. Sed tamen et hic nobis quædam veniunt notanda, quæ non Jungermanni nostri tantum, sed et eximiam Jo. Meursii diligentiam effugerunt penitus, et indicabo, quæ vir eruditissimus ignorare semet fuit fassus, cui nimirum tribui adscribenda fuerit Attica Brauron. Plinius itaque inter Atticæ regionis oppida Brauronem recenset L. iv. c. 7., 'Potamos, Brauron, Ion, quondam oppida:' meminitque Strabo L. viii. (ix. p. 398., Τοσαῦτ' οὖν ἀπόχρη προσθήσειν, ὅτι φησὶ Φιλόχορος πορθουμένης τῆς χώρας ἐκ θαλάττης μὲν ὑπὸ Καρῶν, ἐκ γῆς δὲ ὑπὸ Βοιωτῶν, οὓς ἐκάλουν Ἄονας, Κέκροπα πρῶτον εἰς δυωκαίδεκα πόλεις συνοικίσαι τὸ πλῆθος, ὧν ὀνόματα, Κεκροπία, Τετράπολις, Ἐπακρία, Δεκέλεια, Ἐλευσὶς, Ἀφίδνα, λέγουσι δὲ καὶ πληθυντικῶς Ἀφίδνας, Θόρικος, Βραύρων, Κύθηρος, Σφῆττος, Κηφισσία, Φάληρος. Πάλιν δ' ὕστερον εἰς μίαν πόλιν συναγαγεῖν λέγεται τὴν νῦν, τὰς δώδεκα Θησεύς. Cultam fuisse eximie Dianam a Brauronis incolis constat testimoniis antiquorum frequentibus: hinc et ἡ Βραυρώνια, et τῆς Βραυρωνίας sacerrimum Brauroni templum, cujus dicto loco mentionem fecit Strabo (Κάμψαντι δὲ τὴν κατὰ τὸ Σούνιον ἄκραν, ἀξιόλογος δῆμος Σούνιον, εἶτα Θόρικος, εἶτα * Ποταμὸς δῆμος οὕτω καλούμενος, ἐξ οὗ οἱ ἄνδρες * Ποτάμιοι, εἶτα Πρασιά, Στειρέα leg. Στειρία, Βραύρων, ὅπου τὸ τῆς Βραυρωνίας Ἀρτέμιδος ἱερόν.) De loco ipsoque religiosissimo Dianæ cultu apprime concinna Diphili verba apud Athen. (vi. p. 223. a.) in fabula Ἐλενηφοροῦσιν, ubi virginem venatricem hoc adloquitur modo: Ὦ τόνδ' ἐποπτεύουσα καὶ κεκτημένη Βραυρῶνος ἱεροῦ θεοφιλέστατον τόπον, Λητοῦς Διός τε τοξόδαμνε παρθένε, Ὡς οἱ τραγῳδοί φασιν, οἷς ἐξουσία Ἐστὶ λέγειν ἅπαντα καὶ ποιεῖν μόνοις. 'Pictoribus nimirum atque poetis quidlibet audendi semper fuit æqua potestas,' ut initio Artis Poeticæ Horatius, quæ cum pangeret, ob oculos sibi, credo, posita habuit ista Diphili de Tragœdis verba. Hujus autem Brauroniæ Dianæ simulacrum eo venerabantur magis, quo fuit antiquius ac vetustius habitum, siquidem putarent Iphigeniam Tauris in Græciam reducem, cum huc appelleret, apud se eam, quam ex Taurica regione advexerat, imaginem Dianæ reliquisse, ut testis est Pausan. Attic. xxiii. et xxxiii., qui tamen ipse diversa sentit. Sed agamus quod constitutum fuerat, atque Brauronem ad tribum pertinuisse Ægeïda probemus: locus est in Schol. ad Aristoph. Aves, qui rite expiatis m. [illegible]orum prodigiis pristinoque suo restitutus nitori viam nobis ad hujus rei notitiam præibit: Οἱ δὲ Μυῤῥινούσιοι Κολαινίδα ἐπονομάζουσι Ἄρτεμιν, ὥσπερ Πειραιεῖς ἐπὶ τὴν Μουνυχίαν, * Φιλιάται δὲ τὴν Βαυρωνίαν. In his Commentatoris antiqui verbis ἐπὶ delendum est, et tum Βραυρωνίαν pro Βαυρωνίαν debere legi Meursius etiam monuit, apud quem et similis corruptelæ alios quoque locos habebis emendatos: sed illi Φιλιάται, quos intactos vir eruditissimus præterit, quinam sunt? quibusve terræ oris morantur? In Attica certe hos, ubi reperiri eos decebat, quæras frustra. Sed, me monitore, restituas Φιλαΐδαι, quod vocabuli diversimode aliquomodo in scriptis veteribus esse depravatum non ignorabit lector eruditus. Hi vero Philaidæ populus fuit Ægeïdis tribus, dictus ita ab Heroë Philæo Ajacis ex Lysida filio, qui Brauronem incoluit: fidem facit Plut. in Solone (x. T. i. p. 332. ed. Reisk.), ubi de Philæo et Eurysace, Καὶ κατῴκησαν, inquit, ὁ μὲν ἐν Βραυρῶνι τῆς Ἀττικῆς, ὁ δὲ ἐν Μελίτῃ καὶ δῆμον ἐπώνυμον * Φιλαίου τὸν τῶν Φιλαΐδων ἔχουσιν,

A ὅθεν ἦν Πεισίστρατος. Cetera, quibus ad nostra confirmanda nobis est opus, in manus suppeditabit Steph., cujus apposuisse locum operæ fuerit pretium: Φιλαΐδα, leg. Φιλαῒς, (Berkelius edidit, Φιλαΐδαι, nihilque annotavit), δῆμος τῆς Αἰγηΐδος φυλῆς, ἀπὸ Φιλαίου τοῦ Αἴαντος υἱοῦ, καὶ Λυσίδης τῆς Κορωνοῦ τοῦ Λαπίθου· ὁ δημότης, Φιλαΐδης, τὸ τοπικὸν, ἐκ Φιλαϊδῶν, εἰς Φιλαϊδῶν, ἐν Φιλαϊδῶν. Habemus hic Philaidas ex Ægeïde tribu, eosdemque Brauronis incolas; unde, puto, clarissime patet, et Brauronem Ægeïdi tribui esse adscribendam, et verissimam esse, quam fecimus in Aristoph. Schol., emendationem. Porro Brauroniæ Dianæ fieri solebat capra, et Βραυρωνίαν ἑορτὴν dici sacrum venatrici Deæ festum auctor est Hesych. Βραυρωνίοις· τὴν Ἰλιάδα ᾖδον Ῥαψῳδοὶ ἐν Βραυρῶνι τῆς Ἀττικῆς, καὶ Βραυρωνία ἑορτὴ Ἀρτέμιδι Βραυρωνίᾳ ἄγεται, καὶ θύεται αἴξ. ('Βαυρωνίοις est apud Aristoph. Lysistr. v. 646., quo forte respexit. Quæ huc pertinent, exhauserunt viri præstantissimi P. Castellan. et J. Meurs. de Fest. Gr., qui pro Βραυρωνία ἑορτὴ, mu-

B tato accentu, Βραυρώνια exhibent.' Albert.) Sed vero ne mihi cum hoc festo alia diversa Brauronia, quæ singulo quinquennio Braurone in Bacchi celebrabantur honorem, confundas temere, quod a diligentissimo Meursio factum animadverto in Græcia Feriata, eumque male secutus est Jonstonus, et ad superiorem Pollucis librum Kühnius noster: stant pro nobis, quos ipse adduxit auctores, Suidas, Herod. Aristoph. Schol. et Scholium vetustum ad Demosth. in Conon. (loco mox citando): Βραῦρον, sed scribendum Βραυρὼν, τόπος τῆς Ἀττικῆς, ἐν ᾧ τὰ Διονύσια ἤγοντο καὶ μεθύοντες πολλὰς πορνὰς ἥρπαζον. (Verba illa depromta sunt vel ex Aristoph. Schol., vel ex ejus exscriptore Suida: apud utrumque est Βραυρὼν, non Βραῦρον.) Et quidem, nisi fallor, diversissima fuere Dianæ atque Bacchi sacra, ut pro iisdem haberi nec possint, neque debeant. Meursius tamen melius ista ipsa ceperat exposueratque libello commentario de Populis Atticis, ubi ista quinquennalia festa Baccho, non Brauroniæ Dianæ adscribit.

C Hujus autem Dianæ fuisse τὴν ἐν Βραυρῶνι ἱέρειαν, (cujus meminit J. Poll.), haud est quod dubitemus." T. Hemsterh. ad J. Poll. ix. 74. p. 1046. Dinarchus Orat. in Aristogit. p. 82. ed. Reisk., Οὐκ Ἀριστογείτων ἐστὶν, ὦ Ἀθηναῖοι, ὁ κατὰ τῆς ἱερείας τῆς Ἀρτέμιδος Βραυρωνίας καὶ τῶν οἰκείων αὐτῆς, τοιαῦτα γράψας καὶ ψευσάμενος; Ubi Reisk. pro vulgato Βαυρωνίας dedit Βραυρωνίας, uti legendum monuerat Meurs. de Populis Atticæ in Opp. T. i. p. 253. not. Demosth. Orat. in Conon. p. 1264. 19., Τὸν γοῦν τῆς Βραυρωνόθεν ἱερείας πατέρα ὁμολογουμένως οὐχ ἁψάμενον τοῦ τελευτήσαντος, ὅτι τῷ πατάξαντι τύπτειν παρεκελεύσατο, ἐξέβαλεν (αὐτὸν) ἡ Βουλὴ ἡ ἐξ Ἀρείου Πάγου. J. Poll. ix. 74.: Ἀλλὰ μέντοι καὶ * κόρη, νόμισμα παρ' Ἀθηναίοις ἦν, ὡς Ὑπερίδης, τῷ παιδίῳ τῆς ἐν Βραυρῶνι ἱερείας τῶν ἀναθημάτων τὶ λαβόντι, παραβληθῆναι λέγων ἐπὶ πείρᾳ συνέσεως κόρην· εἴποις δ' ἂν καὶ (verba εἴποις δ' ἂν καὶ in Jungermanni Ms. deerant) τετράδραχμον· Κἀπειδὴ τὸ τετράδραχμον εἵλετο, δόξαι διακρίνειν ἤδη τὸ κέρδος δύνασθαι· τάχα

D δ' ἂν εἴη κόρη, ὡς Εὐριπίδης ὠνόμασε παρθένον ἐν Σκίρωνι, λέγων περὶ τῶν ἐν Κορίνθῳ ἑταιρουσῶν· Καὶ τὰς μὲν ἄξῃ, * πῶλον ἂν δίδως ἕνα, Τὰς δὲ ξυνωρίδ', αἱ δὲ κἀπὶ τεττάρων Φοιτῶσιν ἵππων ἀργυρῶν· φιλοῦσι δὲ Τὰς ἐξ Ἀθηνῶν * παρθένους, ὅταν φέρῃ Παλλάς. Τὰς μὲν οὖν παρθένους λέγοι ἂν τὰς κόρας, αἷς ἐνεκεχάρακτο Ἀθηνᾶς πρόσωπον. Ὅθεν τὸ νόμισμα τοῦτ' Εὔβουλος ἐν Ἀγχίσῃ καλεῖ * Παλλάδας, πῶλον δὲ, τὸ νόμισμα τὸ Κορίνθιον, ὅτι Πήγασον εἶχεν ἐντετυπωμένον. "Tu locum ita lege et distingue, Τῷ παιδίῳ τῆς ἐν Βραυρῶνι ἱερείας τῶν ἀναθημάτων τὶ λαβόντι, παραβληθῆναι λέγων ἐπὶ πείρᾳ συνέσεως κόρην τετράδραχμον· κἀπειδὴ τὸ τετράδραχμον εἵλετο, δόξαι διακρίνειν ἤδη τὸ κέρδος δύνασθαι. Scilicet narrat historiam ex Hyperide de puello antistitæ in Braurone, quem rapuisse quid e donariis; an vero malitia hoc fecisset, an sine dolo, sed puerili simplicitate potius, hoc, inquam, explorare volentes, objecisse illi κόρην τετράδραχμον, quo periculum de ipsius intellectu et calliditate facerent: postquam vero ille manus contulit ad tetradrachmum,

visum fuisse illum jam scire, quid lucrum esset, nec peccasse ex imprudentia. Hujus antistitæ patris casus aliquis narratur et apud Demosth. in Orat. contra Conon. (l. c.) Dubito tamen adhuc de istis superioribus, et duplicia videntur enim illi proposita fuisse, ejus animi explorandi: quid itaque, si forte scripsit, Κόρην καὶ τετράδραχμον, et κόρην minus scilicet valuisse quam τετράδραχμον, quod quum arripuerit, satis clarum adparuisse, eum scire discernere lucrum, et quod minus tale esset? Nescio tamen an non aliud dent: nam κόρην τετράδραχμον fuisse, probat id quod mox παρθένον eandem dictam ait: illa autem erat στατὴρ, qui valebat τετράδραχμον· ut tibi patebit, si conferes imaginem παρθένου cum iis, quæ Hesych. in Παλλάδος πρόσωπον et στατὴρ scribit. An ergo illi forte pupa ficta objecta et κόρη quoque τετράδραχμος †; Et incidit fabella nobis sæpius narratæ a majoribus in pari exemplo, pueri pomum et nummum argenteum propositum fuisse qui cum ad pomum accurrisset, fuerit judicio omnium liberatus. Sed viri docti hæc discutient, recte scilicet." Jungerm. "Quid opus tricas agitare? Duplicia puerilis animi explorandi causa fuisse proposita neque comos dubitamus: sed alterum illud præter κόρην quid investigamus frustra, cum Pollux hanc solam, quæ ad rhombum suum faciebat, ponere voluerit? Alias puerilia fuisse ludicra atque crepundia, ex Æliano constat. Protulit autem, puto, Onomasticographus noster istum Hyperidis locum, Κἀπειδὴ τὸ τετράδραχμον εἵλετο, δόξαι διακρίνειν ἤδη τὸ κέρδος δύνασθαι, quo κόρην atque τετράδραχμον evinceret eundem esse nummum: neque itaque tolli probavero εἴποις δ' ἄν, quæ certe in Jungermanni Ms. vitio sunt omissa. Sed subit mirari, quid fuerit causæ, cur hæc tetradrachma κόραι fuerint dicta: nil mihi se citius in manus dat, quam quod imaginem gestarint Minervæ, quod et Pollux noster mox indicat: Palladem tamen ab antiquis Κόρην fuisse dictam, nescio quo probi scriptoris testimonio possit constare: de Proserpina res est notissima, ut ejus insigniti figura nummi Siculi majori jure ac ratione κόραι appellari potuerint: sed id quoque Minervæ fuisse nominis necdum a me fuit observatum: quin ne ἐπιθετικῶς quidem virginem hanc patrimam a Poetis ita fuisse dictam memini: videant alii." T. Hemsterh. Coriam quidem apud Arcades dictam esse Minervam, ex Pausan. viii. 21. et Cicer. de Nat. Deor. iii. 59., discere potuit, sed, cum de Minerva Cora dicta, de qua hic agitur, nihil omnino alibi legisset T. Hemsterh., jure suspectam habuisset Pollucis sententiam in Hyperidis verbis interpretandis. Sed et fallitur idem vir doctus, putans Polluci, uno tantum memorato ex duplicibus puerilis animi explorandi causa propositis, liberum fuisse dicere, παραβληθῆναι ἐπὶ πείρᾳ συνέσεως: nam illa πεῖρα συνέσεως, quam Pollux lectoribus suis narrandam in se susceperat, nullo modo ab iis intelligi poterat, absque mentione esset utriusque rei puero propositæ. Tam facile credidisset Pollux satis exploratum esse pueri animum, si una tantum ei proposita esset res, quam lectoris sui mentem satis illius de puello historiæ capacem esse, si κόρης solius ex duplicibus ad faciendum ejus intellectus periculum propositis meminisset. Audi Ælianum de hac ipsa historia scribentem, Var. Hist. v. 16.: Ὅτι ἐκ τοῦ τῆς Ἀρτέμιδος στεφάνου πέταλον χρυσοῦν ἐκπεσὸν ἀνείλετο παιδίον, οὐ μὴν ἔλαθεν. Οἱ οὖν δικασταὶ παίγνια καὶ ἀστραγάλους προὔθηκαν τῷ παιδὶ, καὶ τὸ πέταλον. Ὁ δὲ καὶ αὖθις ἐπὶ τὸν χρυσὸν κατηνέχθη· καὶ διὰ ταῦτα ἀπέκτειναν αὐτὸν ὡς θεοσύλην, οὐ δόντες συγγνώμην τῇ ἡλικίᾳ, ἀλλὰ τιμωρησάμενοι διὰ τὴν πρᾶξιν. Hic habes duplicia puero proposita, παίγνια καὶ ἀστραγάλους, et τὸ πέταλον χρυσοῦν, idque omnino recte. Pollux quoque, ni egregie fallimur, crepundia præter τὸ τετράδραχμον memoravit. Anne igitur statuendum est verba, παίγνια καὶ ἀστραγάλους, vel simile quid, ex Pollucis textu excidisse? Id quidem inconsulte et temere contra codicum auctoritatem dixeris, nullam hic habentium lacunam. Multo leniori medicina utendum est. Scripto Jungermani libro partim fretus sic locum legeris et distinxeris: Τῷ παιδίῳ τῆς ἐν

A Βραυρῶνι ἱερείας τῶν ἀναθημάτων τι λαβόντι παραβληθῆναι λέγων ἐπὶ πείρᾳ συνέσεως κόρην καὶ τετράδραχμον· κἀπειδὴ τὸ τετράδραχμον εἵλετο, δόξαι διακρίνειν ἤδη τὸ κέρδος δύνασθαι, omissis istis, εἴποις δ' ἄν. Sed quid est κόρη? An intelligi debet, ut Polluci visum est, numisma quoddam apud Athenienses? "Et κόρην minus valuisse quam τετράδραχμον," ut ait Jungerm., "quod quum arripuerit puer, satis clarum adparuisse, eum scire discernere lucrum, et quod minus tale esset?" Imo "κόρην τετράδραχμον fuisse," ut addit idem vir doct., "probat id quod mox Pollux παρθένον eandem dictam ait." Et si dixisset κόρην καὶ τετράδραχμον puero proposita esse, ubinam fuisset illa πεῖρα συνέσεως? Nihil enim mirum, si puer ex duobus numismatibus sibi propositis majus pulcriusque elegisset. "An ergo," pergit Jungerm., "illi forte pupa ficta objecta, et κόρη quoque τετράδραχμος?" Nobis saltem, utpote quibus unice placeat lectio, κόρην καὶ τετράδραχμον, unice placet sententia, pupam fictam et numisma quoddam puero proposita

B esse. De usu vocis κόρη pro Imaguncula non est quod dubites. Etymol. p. 530. 11.: Κοροπλάστης· ὁ τὰ ζῶα διαπλάττων, οὐ γὰρ μόνον κούρους ἢ κόρας ὁμοίας πλάσσει, ἀλλὰ πᾶν ζῶον· καὶ κοροπλάθους, τοὺς ἐκ κηροῦ ἢ πηλοῦ, ἢ τοιαύτης τινὸς ὕλης, πλάττοντας κόρας ἢ κούρους· κόρη γὰρ τὸ σμικρὸν ἀγαλμάτιον, τὸ *γύψινον ἢ πήλινον. Λέξ. ῥητορ. in Bekk. Anecd. Gr. T. i. p. 272., Κόρη· ἡ παρθένος, καὶ τὸ μικρὸν ἀγαλμάτιον τὸ *γύψινον καὶ πήλινον, ἀφ' οὗ καὶ κορόπλαθος ὁ ταῦτα ποιῶν καλεῖται: et p. 275., Κοροπλάθος· ὁ κατασκευάζων εἴδωλα βραχέα ἐκ πηλοῦ πάντων ζώων, οἷς ἐξαπατᾶσθαι τὰ παιδάρια εἴωθεν. Apud Atticos præsertim in usu erat hæc vox, teste Anti-Atticista in ejusd. Bekk. Anecd. Gr. T. i. p. 102.: Κοροκόσμια· κυρίως μέν ἐστι τὰ ἐπὶ τῶν *τριοδίων πρόσωπα ξύλινα, ἃ δὴ οἱ Ἀττικοὶ κόρας καλοῦσι· τέτραπται δὲ ἐκεῖθεν κἀπὶ τοὺς κόσμους τῶν παρθένων. Ὅλως δ' ἡγοῦνται τὴν λέξιν βάρβαρον. "Coraius ad Isocrat. p. 232., mavult legere τριόδων, et ἄλλοι δὲ ἡγοῦνται. Neque hac neque illa conjectura opus

C videtur. Vox τριοδίων vero perperam scripta est: nam ita accentu notanda, τριοδιῶν. Dicitur τρίοδος, et ἡ *τριοδία." Fr. Jac. Bast. Epist. Crit. ad Jo. Fr. Boissonad. p. 196. Labbæi Glossæ: Τριοδία· Compitus, P. Trivium, S. *Τριόδια (leg. *Τριοδία)· Trivia. Trivia autem est Diana. Clemens Alex. Cohort. ad Gent. p. 17=51. 32.: Ἀλλὰ τοὺς μὲν πιθήκους οἱ τούτων τροφεῖς καὶ μελεδωνοὶ τεθαυμάκασιν, ὅτι τῶν κηρίνων ἢ πηλίνων ὁμοιωμάτων καὶ κοροκοσμίων ἀπατᾷ τούτους οὐδέν· ὑμεῖς δὲ ἄρα καὶ πιθήκων χείρους γενήσεσθε, λιθίνοις, καὶ ξυλίνοις, καὶ χρυσέοις, καὶ ἐλεφαντίνοις ἀγαλματίοις καὶ γραφαῖς προσανέχοντες; Ubi Scholion Ms. apud Bast. l. c. habet: Κοροκόσμια καλεῖται πλάσματά τινα ἐκ κηροῦ ἢ γύψου, νυμφῶν ἢ παρθένων τινῶν ἀναπλαττόμενα, ἅπερ Δωριεῖς μὲν *δαγύρας ("leg. δαγύδας, Theocr. Id. ii. 110. et Scholia," Bast.), Ἀθηναῖοι δὲ κοροκόσμια καλοῦσιν, ἢ τὰ ὑπὸ τῶν κορυλλίων νυμφικά. "Vocem κορύλλιον præterea sibi usquam occurrisse non recordatus est" criticus summus. Κορύλλιον quidem non negamus

D Græce dici posse, quamvis alibi hujus vocis exemplum frustra quæsiverimus; (deminutivorum in υλλιον hæc exempla habes apud Fischer. Animadvv. ad Velleri Gram. Gr. Spec. ii. p. 32., Ξενύλλιον, Plut. Apophthegm. Lacon. T. viii. p. 228. 257., Μειρακύλλιον, Diog. Laert. vi. 52., cf. Vale. ad Harpocr. Lex. p. 245., Βρεφύλλιον, Lucian. Diall. Meretr. T. ii. p. 539. ed. Græv., Κρεύλλιον, Menag. ad Diog. Laert. ix. 59., Ἐπύλλια, Aristoph. Ran. v. 973., Acharn. v. 397., Suid. h. v. et Schol. ad Aristoph. Ran. p. 167. Basil., qui etiam nomen εἰδύλλιον attulit, et ex eo Phavor. v. Ἐπυλλίοισιν. Vide Fr. Aug. Guil. Spohnii Comment. de Extrema Odysseæ Parte p. 137.) Sed in hoc contextu κορύλλιον locum habere posse, id vero confidenter negamus, atque adeo, dum aliquid melius nobis sese obtulerit, reponendum esse κοροπλάθων pro corrupto κορυλλίων arbitrabimur, Τὰ ὑπὸ τῶν κοροπλάθων νυμφικά. Forte autem κοροπλάθων in κορυλλίων ex scribendi compendio parum intellecto transiit. Certe

οἱ κοροπλάθοι * νύμφας τὰς κόρας, s. Pupas suas, appellare solebant. Testis est Julian. Imp. Cæsar. p. 332. d., a G. Wakef. in Mss. citatus: Πολλὰ, εἶπεν, ὁ Σειληνὸς, καὶ θεῶν ὄντως σωτήρων ἔργα δέοντα (Voss. δεόμενα) συνεφόρησεν οὗτος ὁ κοροπλάστης (Voss. κοροπλάθος). Εἶτα, ἔφη, διὰ τί τοῦτο τὸ ὄνομά μοι γελοῖον οὕτως ἔθου; Ἦ γὰρ οὐκ ἔπλαττες ἡμῖν, εἶπεν, ὥσπερ ἐκεῖνοι τὰς νύμφας, ὦ Σεβαστὲ, θεούς; ὧν ἕνα καὶ πρῶτον τουτονὶ Καίσαρα. Hesych. Κόρη· νύμφη, ἣν ταῖς παρθένοις ἔπεμπον. Glossæ veteres: Πλαγγόνες· αἱ τῶν παιδίων νύμφαι. Vide Ruhnk. ad Timæi Lex. Platon. p. 166.] "Δαγὺς, ῦδος, [Schneidero in Lex., "Δαγὺς, ὕδος, ἡ,] Crystallus, vel Glacies. Sunt "enim qui δαγῦδι interpretentur κρυστάλλῳ in hoc "loco Theocriti Id. ii. (v. 110.), Ἀλλ' ἐπάγην δαγῦδι "καλὸν χρόα πάντοθεν ἴσα, præsertim quum præce-"dat paulo ante, (v. 106.), Πᾶσα μὲν ἐψύχθην χιόνος "πλέον. Alii vero esse volunt κοροκόσμιόν τι, quod "νύμφη dicitur alio vocabulo, et πλαγγὼν, παρὰ τὸ "ἐκ κηροῦ πεπλάσθαι, εἴδωλόν τι Ἀφροδίτης κήρινον "intelligentes, seu κόσμον ἐγκάρδιον γυναικῶν, alii "στέφανον περισφίγγοντα τὴν κεφαλὴν καὶ πεπηγότα "ἐπ' αὐτήν." H. Steph. Thes. Ind. [Scholiastæ verba sunt hæc: Ἀντὶ τοῦ ἄφωνος γέγονα, ὁμοία δαγῦδι, ᾧ αἱ παρθένοι κοσμοῦνται. Δαγὺς δέ ἐστι κοροκόσμιόν τι· καλοῦσι δὲ αὐτὸ καὶ νύμφην. Οἱ δὲ πλαγγόνα, ὡς Ἀττικοὶ, ἀπὸ τοῦ πεπλάσθαι ἐκ κηροῦ. Ἄλλως. Δαγὺς, κόσμος * ἐγκάρδιός ἐστι γυναικῶν, καὶ στέφανος περισφίγγων τὴν κεφαλὴν, καὶ πεπηγὼς ἐπ' αὐτήν.] "Δατὺς Hesychio est κουράλλιον [vulgo legi-"tur κουράλλινον, sed et Kuster. κουράλλιον reposuit,] "item νύμφη * λευκόκηρος,* Corallium, Puppa e cera "alba, pro qua supra δαγὺς, sed hæc Hesych. "scriptura melior." H. St. Thes. Ind. [Λευκόκηρως ante Albertii edit. vulgabatur, pro quo G. conjicit λευκόχρους, sed melius Noster et Kuster. et Salmas. ad Solin. p. 63. c. λευκόκηρος correxerunt. Vide Toup. Emendd. in Suid. T. iii. p. 313. "Δαγὺς, vox rarissima atque incertæ originis bis fuit apud Hesych. inventa; nam, ubi vulgatur Δατὺς, viri docti hinc scribendum monuerunt, Δαγύς· κουράλλιον, νύμφη λευκόκηρος, et in v. Κάχαρις junguntur Δαγὺς, καὶ Πλαγγὼν, καὶ * Χρυσαλλὶς, τὸ κοροκόσμιον. Sic dicebantur puellarum ludicra, imagunculæ ex cera, gypso, vel ære factæ. Vide eruditissime notata a D. Ruhnk. ad Timæi Lex. Platon. p. 120. Cf. J. Toup. Emendd. in Suid. P. iii. p. 145." Valck. ad Theocriti Decem Idyll. p. 60."] "Κάχαρις, dicitur δαγὺς, καὶ πλαγγὼν, καὶ χρυσαλλὶς, "τὸ κοροκόσμιον Imagunculа, seu Puppa ex cera "alba aut auro, puellarum ludicrum. Vel ἡ χαρί-"ζεσθαι μὴ δυναμένη, aut οὐκ εὔχαρις. Ita Hesych. "respiciens proculdubio ad hæc verba Sapphonis, "Σμικρά μοι παῖς ἔμμεναι φαίνεαι κάχαρις. Sed se-"cundum has posteriores expositiones scribendum "potius κἄχαρις, ut sit synaliphe pro, καὶ ἄχαρις, "meminitque ejus expositionis Plut. quoque in Ero-"tico (T. ix. p. 11. ed. Reisk.) Ibi enim dicit χάριν "a veteribus vocari τὴν τοῦ θήλεος ὕπειξιν τῷ ἄῤῥενι, "et τὴν οὔπω γάμων ἔχουσαν ὥραν, a Sapphone sic "compellari, Σμικρά μοι παῖς, ἔμμεναι φαίνεαι κἄχα-"ρις. Itidem vero et Pind. Schol. ἄχαριν ibi esse "dicit τὴν μήπω δυναμένην διὰ τὴν ἡλικίαν χαρίσα-"σθαι." H. St. Thes. Ind. [" Homer. in ea ætate, in qua Jurisconsulti pubis emissionem locant, τὴν χάριν collocare videtur, cum naturæ beneficio viro aut feminæ conceditur, ut Veneris leges inire possit. Unde Sappho ἡ καλὴ puellam ἄχαριν vocabat, quæ nondum viripotens erat, et, ut comœdia loqueretur, τὴν ἔτι ἀτρύγωτον. Hanc ætatem Daphnidi τῷ ὑποκειμένῳ τῇ βουκολικῇ πραγματείᾳ tribuunt veteres. Æl. (Var. Hist. x. 18.): Βουκολῶν δὲ κατὰ τὴν Σικελίαν ὁ Δάφνις, ἠράσθη αὐτοῦ νύμφη μία, καὶ ὡμίλησε καλῷ ὄντι καὶ νέῳ, καὶ πρώτῳ ὑπηνήτῃ, ἔνθα τοῦ χρωτὸς ἡ χαριεστάτη ἐστὶν ἥβη τῶν καλῶν μειρακίων, ὥς που φησι καὶ Ὅμηρος. "Homeri locus, quem respexit Ælian., habetur Od. K. v. 279., Πρῶτον ὑπηνήτῃ, τοῦπερ χαριεστάτη ἥβη, Primum pubescenti, cujus gratiosissima est pubertas, quod et eodem prorsus modo legitur Il. Ω. v. 348., atque ita forsan

A etiam scripserit Ælian." Th. Gataker. Diss. de Stylo N. F. c. xi. p. 73. a. Vide Perizonii notam, qui pro vulgato τοῦ χρωτὸς ex quibusdam Mss. edidit, τοῦ χρόνου, idque recte, ut nos arbitramur. Daphnis igitur ingressus ἡλικίαν τῆς χάριτος, venuste a poeta χαρίεις dici potest, (Idyll. viii. 1., Δάφνιδι τῷ χαρίεντι συνήντετο βουκολέοντι Μᾶλα νέμων, ὡς φαντὶ, κατ' ὤρεα μακρὰ Μενάλκας), ut hac voce denotetur non forma corporis, sed ætatis tempus." Dan. Heins. Lectt. Theocr. p. 347. a. "Ex Plutarchi loco, nescio an profecerit Schol. ad Pindari Pyth. ii. 78., (Χαρίζεσθαι κυρίως τὸ συνουσιάζειν λέγεται· ὥσπερ Θεόπομπος ἐν Μήδῳ εἰσάγει τὸν Λυκάβηττον λέγοντα, Παρ' ἐμοὶ τὰ λίαν μειράκια χαρίζεται τοῖς ἡλικιώταις. Καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Ἱππεῦσιν, ἐκ μεταφορᾶς, (v. 517.) Πολλῶν γὰρ δὴ πειρασάντων αὐτὴν, ὀλίγοις χαρίσασθαι. Καὶ Σαπφώ· Μικρά μοι πάϊς ἔμμεναι * λιθόχαρις, ἡ μήπω δυναμένη διὰ τὴν ἡλικίαν χαρίσασθαι,) ubi in Sapphonis fragmento male legitur λιθόχαρις, (pro quo corrupto vocabulo Noster, ut vide-
B tur, legerat ἄχαρις: a λιθόχαρις autem Reiskius suum * ' ἀλιτόχαρις, i. e. ἁμαρτάνουσα τῶν χαρίτων, ἐστερημένη τῶν χαρίτων,' sumsisse videtur, vide ejus notam ad Plutarchi locum,) sicut æque prave, καὶ χαρίεσσα, apud Max. Tyr. Diss. xxiv. p. 297., (Οὐ προϊέναι φησὶν ὁ Σωκράτης Ἀλκιβιάδῃ, ἐκ πολλοῦ ἐρῶν, πρὶν ἡγήσατο ἱκανὸν εἶναι πρὸς λόγους· Σμικρά μοι πάϊς ἔτι φαίνεο καὶ χαρίεσσα, Σαπφὼ λέγει,) quod Davisius in κ' οὐ χαρίεσσα mutandum putabat. Sed Sapphoni non eripiendum esse venustum illud ἄχαρις, perspicuum est ex (Hesych. a Nostro supra citato, Κἄχαρις· χαρίζεσθαι μὴ δυναμένη ἢ οὐκ εὔχαρις, atque ex) Lex. Sangerm. Ms. (in Bekkeri Anecd. Gr. T. i. p. 473.,) Ἄχαρις· ᾗ τινι μὴ μέρεστι χάρις, ἢ ἡ μήπω δυναμένη χαρίζεσθαι. Operæ pretium erit legere, quæ ad eandem lectionem vindicandam attulit Th. Gataker. de Stylo N. F. c. xi. p. 72. f." Ruhnk. ad Timæi Lex. p. 274. Pro voce nihili λιθόχαρις Is. Casaubono ad Diog. Laert. vi. 91. placet * λιπόχαρις. Heins. vero apud Davis. ad Maximi locum pro
C καὶ χαρίεσσα conjicit καὶ μήπω χαρίεσσα. "Nullus veterum in poetriæ verbis tradendis sibi consentit, et nullus ea ita tradidit, ut sensum probabilem reddant. Delegi ergo verisimillima quæque, et Sapphum huncce fere in modum scribere potuisse credam, Σμικρά μοι, πάϊς ἔμμεν' ἔτι φαίνῃ, κ' οὐ χαρίεσσα, metro scilicet Æolicum se præbente. Sed videamus jam de singulis. Nominativus πάϊς h. l. habet vim vocativi, ut sæpius. Ἔτι, hæc vox, quam Maximus solus perhibet, omitti omnino nequit. Quod ut intelligatur, trium scriptorum laudatorum verba tantummodo, quæ ante Sapphus fragmentum afferunt, perspiciamus, in quibus voces πρὶν, οὔπω, μήπω reperiuntur, quæ conditionaliter et comparative sunt dictæ, ac in Sapphus ideo poematio tale quoddam verbum evincunt extitisse, quod puellam, de qua agitur, *nondum* esse adultam, eique *tunc demum* posse gratificari amatores, si ad pubertatem venisset, exprimeret. Istud autem verbum est hoc ἔτι, in Maximo obvium. Maximi καὶ χαρίεσσα laborare
D apparet, cum sensus contrarium prorsus postulet. De notione τοῦ χαρίζεσθαι multus est Plato Sympos. c. ix. s. 7. sqq. Wolf. Opponitur ἀχαριστεῖν, vel ἀναίνεσθαι. Cf. Harpocrat. hh. vv. ibique Maussac. Lennep. ad Phalar. Epistt. p. 13. Erit adeo πάϊς οὐκέτι (nam ἔτι utique repetendum ἀπὸ κοινοῦ) χαρίεσσα, Puella, cui per ætatem nondum in amore gratificari licet, quæ viro nondum est matura. Neque tamen spernendum Plutarchi κἄχαρις, quod metro adeo convenit, ut difficile sit dictu, an Sappho κἄχαρις, aut κ'οὐ χαρίεσσα scripserit. Prius Ruhnk. l. l. præfert." H. Fr. M. Volger. ad Sapphus Carm. et Fragm. p. 96. Blomfieldius in Mus. Crit. Cant. i. p. 27. verba sic ordinavit, Σμικρά μοι, πάϊς, ἐμμέναι Φαίνεαι, κἄχαρις. "Cum Barthio," inquit vir doctus, "legerim ἔμμεν, pro σμικρὰ vero prætulerim ψυχρά." Sed in voce σμικρὰ hærere non debebat, cum sensum satis bonum efficiat, cumque, quantumvis veteres in poetriæ verbis tradendis inter sese discrepent, omnes tamen eam exhibeant, nisi quod in

Schol. ad Pindari locum legitur *μικρά*. Adde quod vocab. *ψυχρὸς*, pro Frigidus in Venerem, (Virg. Georg. iii. 97., Frigidus in Venerem senior), vetustioribus scriptoribus, atque adeo Sapphoni ipsi prorsus ignotum fuisse videatur. Ceterum apud quemnam auctorem Hesych. vocem Κάχαρις repererit expositam per *δαγὺς, καὶ πλαγγὼν, καὶ* * *χρυσαλλὶς, τὸ κοροκόσμιον*, nescimus. Non placet Pergeri sententia, scribentis: "Κάχαρις, pro *κάρχαρις*, *Aspera*, et nondum usu quotidiano detrita bractea, e collo virginum pendula. Hesych. * Κάρχνη· *ἀργυρῇ*, (quod G. interpretatur, Aspera, argenti more.)" In Hederici Lex. Κάχαρις formatum esse traditur ex *κηρὸς*, Cera, et *χάρις*, sed vox sic formata analogiæ omnino repugnat. Quod vero ad Χρυσαλλὶς *τὸ κοροκόσμιον* attinet, de eo vocabulo silentium altum egerunt omnes hodierni Lexicographi, atque etiam Du-Cang. in Glossar. Gr. Ex veteribus autem Hesych. unus eam habet. Alibi vero usurpatur pro insecta, de qua vide Nostrum in voce. An intelligi debet ornamen-ι insectæ illius figuram referens, atque ex mulierum collo pendulum? Huc quidem facit locus insignis hic Clementis Alex. Pædag. ii. p. 90=244. 36.: *Ἤδη δὲ καὶ φανερώτατα τοῦ Πονηροῦ σύμβολα οὐκ αἰσχύνονται περικείμεναι. Ὡς γὰρ τὴν Εὔαν ὁ ὄφις ἠπάτησεν, οὕτω δὲ καὶ τὰς ἄλλας γυναῖκας ὁ κόσμος ὁ χρυσοῦς, δελέατι προσχρώμενος τοῦ ὄφεως τῷ σχήματι, ἐξέμηνεν εἰς ὕβρεις,* * *σμυραίνας τινὰς καὶ ὄφεις ἀποπλαττομένας εἰς εὐπρέπειαν. Λέγει γοῦν ὁ κωμικὸς Νικόστρατος, Ἀλύσεις, καθετῆρας, δακτυλίους, βουβάλια, ὄφεις, περισκελίδας, ἐλλέβορον.* Ubi in Potteri Edit. hanc habes notam:—"Non vestium hæc sunt nomina, sed monilium. Nam J. Pollux L. v. c. 16. inter mundi muliebris nomina ad ornatum brachiorum numerat *ὄφεις*, Serpentes, et legimus 1 Cantici Cantic. (v. 10.), Murænulas aureas faciemus tibi. Licet lxx. habeant *ὁμοιώματα χρυσίου*, non *μυραίνας*. V. editio *στρεπτοῦ χρυσίου*, ut annotatum est in Romana postrema, ubi forte legendum *στρεπτοὺς χρυσίους*. Nam et *στρεπτοὺς* numerat Pollux inter monilia, et hic Clemens ipse, quod vertit interpres Torques. Hieron. (Epist. xxiv=xxv. ad Marcell.) de Laudibus Asellæ: Aurum colli sui, quod quidem murænulam vulgus appellat, quod scilicet metallo in virgulas lentescente, quadam ordinis flexuosi catena, contexitur, vendidit." Collect Sed cum vocis *χρυσαλλὶς* pro Ornamento muliebri mentio nec a Clemente facta est, nec a J. Polluce l. c., fuse de mundo muliebri agentibus, reponendum esse *καλαθὶς* non male conjecerit quis, ex ipso Hesych. afferens, *Πλαγγών· κήρινόν τι κοροκόσμιον, σφαῖρα, καλαθὶς, καὶ Πλαγγόνες· κεκρύφαλοι.* Quemadmodum autem Π[illegible]γὼν est et *κοροκόσμιον* et *καλαθὶς*, sic forte [illegible] cum pro Pupa, tum pro Calatho forte usurp[illegible]otuerit. Vide nos infra. Sed hoc esset paulo longius a vulgata lectione recedere. Mallemus igitur, *χρυσῆ* * *ἄλυσις*, quæ verba cum *χρυσαλλὶς*, ex scribendi compendio quodam parum intellecto, facile confundi potuisse, omnes vident. Clemens l. c. p. 90=244. 19., *Ἢ γὰρ οὐχὶ κλοιὸς τὸ χρυσοῦν ἐστι περιδέῤῥεον, καὶ οἱ στρεπτοὶ, οἵ τε καθετῆρες καλούμενοι, ἀλύσεων ἐπέχοντες τρόπον; καὶ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς αὐτῷ τούτῳ τῷ ὀνόματι ἀλύσεις κέκληνται.* J. Pollux x. 167.: *Καὶ κλῳὸς, καὶ κλοιὸς, καὶ ἄλυσις, καὶ* * *μονάλυσις· ἡ δὲ ἄλυσις οὐ μόνον ἐπὶ τοῦ δεσμοῦ, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ γυναικείου κόσμου ὠνόμασται παρὰ Ἀριστοφάνει* (in primis Thesmophoriazusis, teste ipso Polluce vii. 95., et Clemente l. c. p. 90=246.)· *Σφραγίδας, ἀλύσεις. Φιλιππίδης δὲ ἔφη, Ἀλύσιον δὲ εἶχε τετταράκοντα δραχμὰς ἄγον.* "C. A. *ἀλύσιον τετταράκοντα ἄγον δραχμὰς*, Pondus habens drachmarum quadraginta. Salmas. putat legendum, *Ἀλύσιον εἶχε τέτταρας δραχμὰς ἄγον*, ut stet versus, sed et *τετταράκοντα* retineri potest. C. V. *καὶ μονάλυσις* non habet, Simplex catena, Torques." Kuhnius. "In Ms. desunt *καὶ μονάλυσις*, sed *μονάλυσις* a recentiore manu ad oram adpictum, ut inseratur." Jungerm. Certe vox *μονάλυσις* alibi non legitur. Suidas. *Ἀλύσιον· πλοκίου γένος περὶ τὸν τράχηλον. Μένανδρος Καρίνῳ* (leg. *Καρίνῃ*, uti reponit Kuster.)· *Περὶ τὸν τράχηλον ἀλύ-*

A *σιόν τί σοι δώσω.* "In posterioribus Editt. Suidæ, atque adeo in præclara illa celeberrimi Kusteri *δώσω* legitur, unde ob versum Kuster. sic in notis legendum esse monuit, *Περὶ τὸν τράχηλον ἀλύσιον δώσω τί σοι.* Hic aliquid latere suspicatus vir cl. aliam viam instituit, et ordinem quidem verborum servavit. *Δώσω* autem in *δόσω* mutavit. Utinam vero Clenardus, aut Caninius, aut Grammaticorum quispiam ad manum ei fuisset. Quid enim est *δόσω*? ubi lectum, ubi auditum? Piget me profecto miseretque. Sed omnem difficultatem tollet editio princeps Mediolanensis, quæ non *δόσω* exhibet, sed *δότω*. Lege ergo, *Περὶ τὸν τράχηλον ἀλύσιόν τίς σοι δότω*, Circa collum catenulam aliquis tibi circumdet." Phileleutherus Lips. Emendd. in Menandri et Philemonis Reliqq. p. 42. *Δόσω* habet et Noster in v. *Ἀλύσιον*, sed altera lectio *δότω* ex Lex. S. Germ. in Bekkeri Anecd. Gr. T. i. p. 380. firmari potest: *Ἀλύσιον·* * *ἀλυσείδιον, πλόκιον περιτραχήλιον. Μένανδρος Καρίνῃ· Περὶ τὸν τράχηλον ἀλύσιόν τι* (lege cum Bentleio *τίς*) *σοι δότω.*]

B "Πλαγγὼν, (*όνος, ὁ,*) Hesychio est *κήρινόν τι κοροκόσμιον*, Icuncula cerea, Puppa cerea, tracto "nomine *παρὰ τὸ ἐκ κηροῦ πεπλάσθαι*, ut in synonymo Δαγὺς, sive Δατὺς (supra) monui. Sed exponit "etiam *σφαῖρα, καλαθὶς*, et *κεκρύφαλος*. (Anonymus) "apud Suid., Τὰ *μειράκια θρυπτόμενα παρὰ ταῖς τίτθαις στωμύλλεσθαι καὶ λέγειν περὶ κρόκης καὶ στημόνων καὶ πλαγγόνων ἐάσωμεν.*" H. St. Thes. Ind. [*Πλαγγόνων* autem in illo Suidæ loco cave pro *Puparum* cum Æm. Porto, Kustero, et B. Vulcanio ad Callim. Hymn. in Cer. v. 92., atque etiam Schleusnero Cur. Noviss. in Photii Lex. p. 346. habeas. Hanc enim interpretationem falsam esse probat contextus, *Περὶ κρόκης, καὶ στημόνων, καὶ πλαγγόνων. Πλαγγόνων* hic significat Calathorum.] "Καλαθὶς, "(*ἡ*,) affertur pro Parvus calathus, Quasillus." H. St. Thes. Ind. [Teste autem Hesych. *Πλαγγὼν* est *καλαθὶς*, i. e., ut Porphyrionis verba usurpemus, Vas vimineum, in qua mulieres pensa vel tramam revolvunt. Silius ii. 70., Nec calathis adsueta manus,

C operataque fuso. Ex Virg. Æn. vii. 805., Non illa colo calathisve Minervæ Femineas adsueta ma[illegible]. Ovid. Met. xii. 475., columque I cape cum calath[illegible]: et Fast. iv. 435., Hæc implet calathos lento de vimine nexos. Cf. Idem in Epist. ix. 76. Juven. Sat. ii. 54., Vos lanam trahitis, calathisque pe[illegible]cta refertis Vellera. Catull. Carm. lxiii. de N[illegible]. Pel. et Thet. v. 318., Candentis mollia lanæ V[illegible]llera virgati custodibant calathisci. Vide Gesne[illegible] Thes. L. L. et Forcellini Lex. Secundum Schol. [illegible]d Theocr. Id. ii. 110. *πλαγγὼν ἀπὸ τοῦ πεπλάσθαι* deductum est. At Etymologo p. 674. 9. alite[illegible]isum: *Πλαγγών· οὐκ ἀπὸ τοῦ πλάσσω, ἐγένετο γὰρ ἂν πλάδων, ὡς* * *σπάσσω σπάδων, ἀλλὰ παρὰ τὸ πλάζω, πλαγὼν, καὶ πλεονασμῷ τοῦ γ, πλαγγὼν, τοῦτο γὰρ εἰς πλάνην γίνεται καὶ ἀπάτην τῶν κορωνῶν.* "Σπάσσω, ut *πλάσσω*, non facile inveneris. (Pro *κορωνῶν*) rectius, opinor, *κορῶν*, Puellarum." Sylburg. "Non invitus accesserim Sylburgio emendanti *κορῶν*, Puellarum, licet Codex meus contra stet. In Articulo sequenti

D vir doctus emendat quoque *πλαγγη*[illegible]*όν*. Sed tota illa periodus videtur a manu recentiore; nam a membrana nostra exulat." Dorvillius Animadvv. in Charit. ii. 2. p. 157=295. Photius p. 318.: *Πλάγγων· κοροκόσμιον κήρινον, ὅπερ* * *δάγυνον οἱ Ἴωνες*, ubi Cod. D. teste Hermanno præbet * *Πλάγγης*, (quod et in suo Apographo invenit Albertius), moxque omittit *οἱ*. "Apographum Albertii ad Hesych. T. ii. col. 969. n. 6. habet, *οἱ* (lege *ὃ*, vel *οἱ δὲ*) * *πειδάγυνον. Ἴωνες*, quæ lectionis diversitas certe notanda fuisset." Schleusner. Animadvv. ad Photii Lex. p. 80. Nostra quidem sententia utrumque, et *δάγυνον* et *πειδάγυνον* corruptum est. Blomf. ad Callimach. p. 398. corrigit, *ὅπερ δάγυν οἱ Ἴωνες*, sed pro *Ἴωνες* corrigere debebat *Δωριεῖς*. Nobis, ut verum fateamur, tota glossa mutila videtur. In Curis vero Novissimis in Photii Lex. p. 346. idem Schleusner. *πλαγγὼν* pro vulgato *πλάγγων* reposuit, idque omnino recte, sed, cum addebat, "legendum *κόρη κόσμιος κήρινος*," pro editis *κοροκόσμιον κήρινον*, quæ satis recte se habent, tum

profecto bonus ille Homerus dormitabat. Callim. A Hymn. in Cer. v. 92., Ὡς δὲ Μίμαντι χιὼν, ὡς ἀελίῳ ἔνι πλαγγὼν, Καὶ τούτων ἔτι μεῖζον ἐτάκετο, μέσφ' ἐπὶ πλευρὰς Δειλαίῳ ἶνές τε καὶ ὀστέα μοῦνον ἔλειφθεν, ubi Blomf. p. 131., ab Ernestio monitus, recte rescripsit πλευραῖς. Idem Blomf. probat Valckenaerii conjecturam, ῥινός τε καὶ ὀστέα. "Πλαγγὼν sic Mss. Reg. et Voss. Edd. Flor. Ald. Frob. Græv., nisi quod Flor. Ald. Frob. penultimam acuunt. In edit. Vascosana credo πλαγκὼν irrepsisse vitio operarum, quod Beneuatus et Stephanus male servarunt, secutique sunt Vulcanius et alii." Ernest. "Πλάγκων, seu verius πλάγγων, ut in antiquioribus hujus poetæ editionibus, sicut id jam a Vulcanio monitum, ac, ut hic dicitur, vulgo de imagine cerea, quæ proinde solis æstu liquesceret, prout hic Gr. enarrator, Πλάγγων· ἡ κήρινος νύμφη, Puppa cerea, et vetus Theocr. Schol. l. c., Καλοῦσι δὲ αὐτὸ καὶ νύμφην, οἱ δὲ πλαγγόνα, ὡς Ἀττικοὶ, ἀπὸ τοῦ πεπλάσθαι ἐκ κηροῦ. Hinc veteres Glossæ, ab H. Stephano primum editæ: *Puppæ*. Πλαγγόνες, αἱ τῶν παιδίων νύμφαι. Et alibi: B Πλαγγόνες· *Puppæ*. Unde cum κηροπλάστης (vulgo κοροπλάστης, idque omnino recte) ejusmodi imaguncularum e cera artifex dictus a Sileno in Juliani Cæsaribus (l. c.) Augustus; tum, ut illius vocis vel dicterii vim ibi continuo explicat, qui Deos ἡμῖν ἔπλαττες, ὥσπερ ἐκεῖνοι τὰς νύμφας, Nobis effinxisti, sicut illi puppas, prout ibidem docuimus. Adde Hesych. Πλαγγών· κήρινόν τι κοροκόσμιον, ac unde explicanda Sapphus ad Venerem verba apud Athen. ix. p. 410. χειρόμακτρα πλαγγόνων, ornamenta id genus pupparum, cum ipsis nempe puppis Veneri, ut jam ibi e Persio monuit ὁ πάνυ, consecrata. Ita haud ignotæ apud Tullium ad Atticum, vi. 1., 'In his inventæ sunt quinque plangunculæ matronarum,' e Bosii ibidem restitutione, pro vulgato, et quod nauci omnino, Lagunculæ, ac prout in Bessarionis codice extare monuit Manutius, ac inde etiam præter Lambinum ac Junium, in accuratissimam editionem suam retulit Gruter., ac ejus exemplo servarunt Batavæ Ciceronis editt. Neque Tullio omnino in- C solitum, ut cum Attico suo Atticis verbis, seu ad morem Atticum formatis subinde agat. (Vide Ernest. in Indice Latin. Cicer.) Ut nunc mittam, quod πλαγγόνα de ornamento capitis muliebri seu reticulo insuper dictum notet Hesych., Πλαγγόνες· κεκρύφαλοι, et quomodo etiam χειρόμακτρα πλαγγόνων, per reticula virginum, dicto paulo ante Sapphus apud Athenæum loco, verti posse agnovit ibi ὁ πάνυ. (Nostra quidem sententia Hesych. ipsum Sapphonis locum in animo habuit.) In reliquis autem, ut obiter hoc addam, ejusdem Lesbiæ Musæ verbis enucleandis minus felix aut lynceus fuit ibi magnus Animadversor; et potior omnino, ut alia nunc mittam, quam in notis ad ultima Sapphonis verba aliunde adtulerat, eamque præterea obviam lectionem, eruditissimus Fulvius Ursinus p. 294. In. ix. nempe, „Επεμψ' ἀπὸ Φωκαίας δῶρα τίμια, ' Quæ misi a Phocæa urbe dona eximia,' non vero 'e Phocide' cum Dalechampio. Æolis enim, ut notum, Sappho, et Phocæa finis Æolidis juxta Strabonem xiii. p. 582." Ez. Spanhem. Mirum sane est verissimam hanc lectionem, a magno Spanhemio probatam, virorum doctorum, Schweigh. Jacobs. et Blomf. in Mus. Crit. Cant. i. p. 25. diligentiam effugisse. At Volgero ad Sapphus Fragmenta p. 73. non latuit, qui tamen de iis silet, quæ habet Schweigh. in Addendis et Corrigendis ad Athen. ix. T. xiii. p. 478. :—"Sapphonis Eclogam doctus Censor Halensis, vestigia veteris scripturæ persequens, in hunc modum refingendam censuit: Χειρόμακτρα δὲ πλαγγόνων πορφυρᾶ καλαυγασμένα. Οὐκ ἀτιμάσεις ἅ πέμψα Σαπφὼ κρατὸς δῶρα τίμια." Ipse Volgerus, "ad metrum quod attinet," inquit, "videtur illud trochaicum trimetrum catalecticum fuisse: Χειρόμακτρα πλαγγόνων δὲ πορφυρᾶ, καὶ Ταῦτα μὴ ἀτιμάσῃς· ἔπεμψα Σαπφὼ Κεῖνα δῶρα τίμια. Δὲ in tertium demum ab initio locum repo-

nere cogebar; hoc tamen durius si cui videatur, eum A rescribere jubeo, Πλαγγόνων δὲ χειρόμακτρα. Χειρόμακτρον proprie est Mantile, manuum abstergendarum causa inserviens, i. q. μανδύλιον, cf. Athen. ix. p. 410. b. qui laudat Xenoph. K. Π. i. 3. 5. et Suid. ac Hesych. h. v., deinde vero etiam velamentum capitis, tanquam pars mundi muliebris, ut nostro loco, quem Athen. adscripsit inter exempla quibus evincere vellet, vocem habere hanc secundam quoque potestatem. Reliqua, quæ citat, exempla sunt Hecatæi in libro qui Asia inscribitur, (opus ipsum periit), Γυναῖκες δὲ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχουσι χειρόμακτρα, et Herodoti ii. 122. Casauboni πλαγγόνων sola felix est emendatio inter reliquas ab eo propositas, qua haud mediocriter de toto loco meruit, cum illa totius sensus præstet basin. Πλαγγόνες sunt Puppæ e cera fabricatæ. Harum velamenta capitum poetria dicit Veneri consecrasse. Mos videlicet erat, ut virgines, posteaquam ex ephebis excesserant, pueritiæ suæ ludicra Veneri consecrarent, et in templis ejus B suspenderent. Cf. Callim. Epigr. xxxi. apud Jacobs Anthol. T. i. p. 219. Persii Sat. ii. 70. ibique Schol. (et Casaub.) Alex. ab Alex. v. 18. Jacobsii conjectura πορφυρόβαπτα nimis audax; omnino mutatione in hac voce non indigemus. Casaub. monet Sappham una cum pupparum velamentis ipsas quoque puppas Veneri misisse. Velim scire, unde hæc collegerit. Nostro quidem loco nihil de ea re scriptum est, quamvis alias concedam, virgines non indumenta tantum pupparum, sed puppas etiam ipsas cum indumentis Veneri consecrasse, ut e. g. docet Persius l. l. (Adde Epigr. ἀδεσπ. cxv. in Anal. T. iii. p. 173., ubi vide Jacobsii notam, a Schæf. in Mss. allatam.) Καὶ ταῦτα autem adhuc respicit τὰ χειρόμακτρα, et nexus illorum verborum dependebat a superioribus deperditis. Sappho scilicet *antea* jam egerat de aliis ludicris puerilibus, quæ Veneri dedicaverit; *nunc* inter ea etiam velamenta capitum pupparum commemorat. Καὶ h. l. igitur habet vim τοῦ *etiam*, et χειρόμακτρα est accusativus absolutus, Quod attinet ad C velamenta. Jacobs. acute vidit, legendum esse μὴ ἀτιμάσῃς. Μὲν sensum pervertit. Ἔπεμψα, sc. in templum tuum, o Venus, tanquam ἀνάθημα. In Πυφωκείας haud dubie latent verba Σαπφὼ κεῖνα, quæ recte rescripsit Fiorillo. Prima autem vox initio eo facilius poterat mutilari, cum ultima verbi præcedentis exeat in ψα. Post has emendationes fragmenti argumentum erit hoc: Sappho Venerem adloquitur, petens ab illa, ne pupparum velamina capitis, quæ tanquam ἀναθήματα ipsi miserit, aspernari velit." "Petron. lxiii., Strigæ puerum involave[illegible] et supposuerant stramentitium Vavatonem.' S[illegible]oc monstri? quis obsecro dixerit, quid sit hic [illegible]nem? Multum ergo hic sudarunt interpretes; sed frustra, nec extricarunt quidquam. Forsan Trimalchio pro consueta insolentia, suopte ingenio et lubitu finxerit *Stramentitiam larvationem*, eodem scilicet sensu, quo Apuleius Metam. i. p. 104. dixit *Larvale simulacrum*, et *Larva umbratilis*, Plautus, in Adject. ad Amphitr. in cujus Fragmentis D et hoc legitur, *Pro larvatore circumferam*, quemadmodum *Macies larvalis*, in Priap. Carm. xxxii. Sed hæc incerta. Fortassis nonnihil certius hic potius legendum, *Stramentitium Plangonem*. Nimirum Plangon, sive Πλαγγὼν, Græcis est icuncula, sive pupa, ex gypso, cera, vel luto formata, testibus Hesych. Suida et aliis. (Imo Suidæ locum alio pertinere, jam supra demonstravimus.) Unde *plangun-cula*, apud Cicer. ad Attic. vi. 1., ut docti ibi recte restituunt. De quâ voce plura egregie notavit Casaub. in aureis Commentariis ad Pers. Sat. ii. p. 107. et ad Athen. ix. c. 13. p. 699. item Des. Hiraldus Advers. i. 8. p. 41., ut alios taceam. *Plangonem* ergo *stramentitium*, sive *Maniolam de stramentis factam* hic veri pueri loco, supposuisse dicuntur sævæ et scævæ striges, sensu claro magis, quam vero." D. W. Triller.[1] Obss. Crit. p. 384. Πλαγγὼν Chari-

[1] Eidem Trillero debetur restitutio Julii Capitolini in loco, de quo multa diximus supra. "Inter locos corruptos et depravatos, omnium confessione, facile eminet, et corruptissimus habetur sequens Julii Capitolini, in Vita Pertinacis c. 8. p. 553.

toni L. ii. c. 2. p. 33. ed. Lips. est nomen proprium: A Πλαγγὼν δὲ, ἡ τοῦ οἰκονόμου γυνὴ, ζῶον οὐκ ἄπρακτον. "Apud Demosth. Πρὸς Βοιωτὸν περὶ Ὀνόμ. p. 1002. d. habes, Πλαγγὼν, Πλαγγόνος, et Anaxilan apud Athen. xiii. 1. p. 558. b., cum apud Nostrum semper exaretur Πλάγγων, Πλάγγωνος. *Pupa* apud Romanos quoque femininum nomen esse, nisi aliunde constaret, frustra adstrueres ex Muratorii titulo 2. 1239., et repetito 14. 1273., si conferas Gruter. 728. 8., et 828., et 896. 7., ubi aliter plane extat. Alciphroni L. iii. Epist. 22. est Πλαγγὼν caniculæ nomen, (Πλαγγὼν δὲ, τὸ * Μελιταῖον κυνίδιον, ὃ τρέφομεν ἄθυρμα τῇ δεσποίνῃ προσηνὲς, ὑπὸ τῆς ἄγαν λιχνείας ἐπὶ τὸ κρέας ὁρμῆσαν, κεῖταί σοι τρίτην ταύτην ἡμέραν ἐκτάδην, νεκρὸν, ἤδη μυδῆσαν, ubi Cod. Vind. B. præbet Πλαγγῶν): concinna igitur Rusticæ hujus nomenclatura. Legitur hoc nomen apud eund. in Epist. Ms. (Fragm. xiii. p. 227. ed. Wagner.), Ἡνίκα δ' ἀναστᾶσα κατωρχήσατο, καὶ τὴν ὀσφὺν ἀνεκίνησεν ἡ Πλαγγὼν, ὀλίγου ὁ Πὰν ἐδέησεν ἀπὸ τῆς πέτρης ἐπὶ τὴν πηγὴν αὐτῆς ἐξάλλεσθαι. In antepenultima ibi B voce Codex minus verax, quam Apographum; in eo

enim litera Pythagorica restituta est. Occurrit quoque in Asclepiadæ, vel Posidippi Epigr. (Anthol. T. i. p. 150. n. xxix.): Πορφυρέην μάστιγα, καὶ ἡνία σιγαλόεντα Πλαγγὼν εὐίππων θῆκεν ἐπὶ προθύρων. Νικήσασα κέλητι Φιλαινίδα τὴν * πολύχαρμον (πολύσκαρθμον conjecit Jacobs.), Ἑσπερίων πώλων ἄρτι φρυασσομένων. Κύπρι φίλη, σὺ δὲ τῇδε πόρης (leg. πόροις) νημερτέα νίκης Δόξαν, ἀείμνηστον τήνδ' ἐπιθεῖσα χάριν. Cod. Pal. a prima manu Πλαγγὼν, in antigraphis quibusdam Πλαγγὼ, nec non in epigraphe, Εἰς Πλαγγὼ ἑταίραν." Dorvillius. "Hesych. Γέλγη· ὁ ῥῶπος, καὶ βάμματα, καὶ ἄτρακτοι, καὶ κτένες. Idem alio loco * Γέλγια interpretatur κουλάρια. Ubi legendum κουράλια, vel κουράλλια. Sunt autem κουράλλια, quæ alio nomine κοροκόσμια vocantur, pupæ scilicet, et imagunculæ, puellarum ludibria. Idem Grammaticus: * Γεάγια· κουράλλια. Lege, Γέλγια. Alibi: Γέλγια· πήνη, σπάθη, κουράλλια. Sic enim emendandum. Pupæ igitur, et imagunculæ puellarum inter varias istas minutasque merces, quas qui vendebant, Ῥωποπῶλαι, et * Γελγιοπῶλαι Græcis, atque etiam παντοπῶλαι dicti, quod omne genus merces

[Ῥαψῳδός. "Una eadem ætate Homerum et Hesiodum vixisse testantur versus, quos tanquam Hesiodi citant vett. Grammatici: Ἐν Δήλῳ τότε πρῶτον ἐγὼ καὶ Ὅμηρος ἀοιδοὶ Μέλπομεν ἐν νεαροῖς ὕμνοις ῥάψαντες ἀοιδὴν Φοῖβον Ἀπόλλωνα χρυσάορον, ὃν τέκε Λητώ. Sed suspicor hos versus spurios et commentitios esse. ('Versus Hesiodo tributos' caute dixit Wolf. Proleg. ad Hom. 23. n. b. De hac quæstione nihil monet Gaisford. ad Hesiodi Fr. 34. p. 183.) Quod ex illis verbis colligo, ἐν νεαροῖς ὕμνοις ῥάψαντες ἀοιδὴν, quæ ῥαψῳδοὺς aperte designant. Atqui ῥαψῳδία non solum Homero, sed etiam Hesiodo recentior. Cynæthus quidam Chius primus fertur ῥαψῳδῆσαι Homeri carmina circa Olympiadem nonam et sexagesimam, ut testatur Pind. Schol. (l. c.) Quod enim Hesiod. primum ῥαψῳδῆσαι Nicocles volebat, id falsum puto. Conjecisse hoc illum reor ex illis versibus, quos supra retulimus, ubi dicit Hesiodus sese cum Homero καλὴν ῥάψαι ἀοιδήν. Hoc si veritati consentaneum foret, etiam Hom. ῥαψῳδὸς fuisset. Quod a vero alienum est, et ῥαψῳδίας ratione et origine. Ῥαψῳδοὶ siquidem illi proprie dicti sunt, non qui sua carmina ipsi publice ostenderent et canerent, sed qui aliena agerent, ut Homeridæ, vel Homeristæ. Hesych. Ῥαψῳδοί· ὑποκριταὶ ἐπῶν, et paulo post, οἱ τὰ Ὁμήρου ᾄδοντες ποιηταὶ ῥαψῳδοὶ καλοῦνται. Ut enim κωμῳδοὶ et τραγῳδοὶ dicebantur Auctores tragicorum et comicorum versuum, quos ipsi non composuerant, et λυρῳδοὶ Lyricorum carminum cantores ab aliis editorum, ita ῥαψῳδοὶ dicti Qui heroica carmina cantabant in theatro, quorum ipsi auctores non erant, sed tantum actores. Non igitur ῥαψῳδὸς Hesiodus, haud magis quam Homerus. Ῥαψῳδία initium et originem sumsit ab Hom. carminibus, quos primus ῥαψῳδῆσαι cœpit Cynæthus. Cum enim antiquiores epici poëtæ sua ipsi si forte poëmata canerent et ostenderent, hic aliena primum cantare instituit. Et quod fortean ad Homerum genus referebat, Homericam poësin ita cantavit, idque alii postea imitati sunt. Ῥαψῳδοὶ

quippe proprie vocabantur *οἱ τὰ Ὁμήρου ἔπη ὑποκρινόμενοι.* Athen. 14.: *Οὐκ ἀπελίποντο δὲ ἡμῶν τὸ συμπόσιον οὐδὲ ῥαψῳδοί. Ἔχαιρε γὰρ τοῖς Ὁμήρου ὁ Λαρήνσιος* (v. Schweigh. ad Athen. 1, 1.) Homeristas dictos esse *ῥαψῳδοὺς*, et in theatrum inductos primum a Demetrio Phalereo ibid. scribit. Nec solum Homeri carmina, sed etiam Hesiodi, et Archilochi, et Mimnermi, et Phocylidis a Rhapsodis cantitata et actitata sunt. Vide locum. *Τοὺς δὲ Ἐμπεδοκλέους Καθαρμοὺς ἐῤῥαψῴδησεν Ὀλυμπιάσι Κλεομένης ὁ ῥαψῳδός.* Sic *ῥαψῳδοὶ* alienorum carminum sunt actores. Idem ap. Latinos videtur factum. Auctor Vitæ Virgilii: ‘Bucolica eo successu edidit, ut in scena quoque per cantores crebro pronuntiarentur.’ Intelligit *ῥαψῳδοὺς τῶν Βουκολικῶν* Virgilii. Quare appellati sint *ῥαψῳδοὶ*, disputant Grammatici, et more suo nugantur, cum *ῥαψῳδοὺς* quasi *ῥαβδῳδοὺς* dictos putant, quod virgam tenentes carmina canerent. Sane *ἐπὶ ῥάβδῳ* canebant, non tamen inde nomen invenerunt. Pindar., cui tutius credo quam omnibus Grammaticis, *ῥαπτῶν ἐπέων ἀοιδοὺς* eos vocat. Ergo *ἀπὸ τοῦ ῥάψαι τὴν ᾠδὴν*, vel *ἀπὸ τοῦ τὰ ῥαπτὰ ᾄδειν* appellati sunt. Homeri poësis cum antea dispersa esset, et indigesta, ac per partes tantum legeretur, qui primi eam in agonibus et *δείξεσι* publicis cantare cœperunt, hinc inde partem aliquam sumebant, quam veluti contexerent et consuerent, et in seriem ponerent. Pind. Schol.: *Τῆς Ὁμήρου ποιήσεως μὴ ὑφ᾽ ἓν συνηγμένης, σποράδην δὲ ἄλλως, καὶ κατὰ μέρος διῃρημένης, ὁπότε ῥαψῳδοῖεν αὐτὴν, εἱρμῷ τινὶ καὶ ῥαφῇ παραπλήσιον ποιεῖν εἰς ἓν αὐτὴν ἄγοντας.* H. e. quod proprie *ῥάπτειν* dicitur, Hiantia componere, conciliare, et acu concipere. Inde usque hodie singulis Hom. carminis partibus nomen hoc hæsit ut *ῥαψῳδίαι* dicerentur. Hinc *ῥαπτὰ ἔπη* Pindaro, quæ *ῥαψῳδοὶ* canebant, quod ea sparsa veluti colligerent, et in unum corpus suerent. Sic *ῥαπτοὶ στέφανοι*, Sutiles coronæ; *ῥαπτὰ* navigia; *ῥαπτὰ περιστρώματα.* Hinc Aristot. *ῥαψῳδίαν* vocavit Carmen e vario versuum genere compositum, veluti Centonem: *Καθάπερ Χαιρήμων ἐποίησεν Κένταυρον, μίκτην ῥαψῳδίαν ἐξ ἁπάντων τῶν μέτρων, οὐκ ἤδη καὶ ποιητὴν * προσαγορευτέον.* Poëma illud Chæremonis, cui titulus Centaurus fuit, *ῥαψῳδίαν* vocat, non, quod a Rhapsodis vulgo caneretur, sed quod e variis metris veluti cento consutus esset. Tragœdi ac comœdi actores fabulas, quales a poëtis acceperant, agebant, nihilque de suo iis addebant. Lyrœdi quoque et citharœdi nomos et cantica, quæ poëta lyricus aut dithyrambicus ipsis composuerat, sicut erant ab auctore facta, ad citharam vel lyram cantabant. Nec sane rationis erat, ut aliquid adjicerent. Comœdia quippe et tragœdia integrum carmen, quod initium habebat et finem. Nomi quoque citharœdici, et omnia cantica lyrica, cujuscunque tituli et argumenti essent, perfecta habebantur initio et fine. At qui epica poëmata rhapsodiabant, quia per partes ea sumebant cantillanda, quibus nec finis esset, et initium aliunde sæpe penderet, ut pefecti operis imaginem haberent, iis plerumque de suo finem aliquem, aut principium accommodabant, et assuebant. Hinc *ῥαψῳδοὺς* exordia sæpe a Jove sumsisse dicit Pind.: *Ὅθεν περ καὶ Ὁμηρίδαι Ῥαπτῶν ἐπέων τὰ πόλλ᾽ ἀοιδοὶ Ἄρχονται Διὸς ἐκ προοιμί-Ου.* Interpres vet. ad eum loc.: *Αὐτοὶ οὖν τὴν ἀρχὴν ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἐκ Διὸς ἐποιοῦντο προοιμιαζόμενοι, ἐνιότε δὲ ἐκ* (vulgo *καὶ*, et sic Heyn. perperam edidit,) *Μουσῶν.* Initia igitur et prooemia ipsi de suo annectebant, cetera e poëta sumebant. Inde *ῥαψῳδοὶ* appellati. Certe Cynæthum multa in Homeri poësin infulsisse, et veluti insuisse scribit vet. Schol.: *Ῥαψῳδοὶ ἐπιφανεῖς ἐγένοντο οἱ περὶ Κύναιθον, οὓς φασι πολλὰ τῶν ἐπῶν ποιήσαντας ἐμβαλεῖν εἰς τὴν Ὁμήρου ποίησιν.* Ideo propter has additiones et emblemata non mediocriter Homericæ poësi nocuisse rhapsodos illos notat idem doctus Criticus: *Οὗτοι γὰρ τὴν Ὁμήρου ποίησιν σκεδασθεῖσαν ἐμνημόνευον, καὶ ἐπήγγελλον*, (sic et Heyn. edidit, sed *ἐπαγγέλλω* hic sensum nullum habet, leg. *ἀπήγγελλον*, Recitabant, cf. Eust. l. c. *Τοῦ δὲ ἀπαγγέλλειν τὴν Ὁμήρου ποίησιν σκεδασθεῖσαν, ἀρχὴν ἐποιήσατο Κύναιθος ὁ Χῖος,) ἐλυμήναντο δὲ αὐτὴν πάνυ.* Quemadmodum autem lyrica carmina *λυρῳδοὶ* ad lyram canebant, *αὐλῳδοὶ* ad tibiam, ita *ῥαψῳδοὶ* epica carmina Homeri, vel Hesiodi *ἐπὶ ῥάβδῳ* pronuntiabant. Nam virgam lauream tenentes ea cantabant. Non propterea tamen *ῥαψῳδοὶ* dicti quasi *ῥαβδῳδοί*. Nam antequam mos ille *τοῦ ῥαψῳδεῖν* aliena carmina natus ac notus esset, auctores ipsi ac poëtæ hymnos et alia carmina in honorem deorum a se composita sic pronuntiare consueverant cum virga e lauru in manibus. Dicebantur *ἐπὶ ῥάβδῳ ᾄδειν*. Pausan. Bœot. (9, 30.) de Hesiodo, qui cum cithara pictus erat: *Οὐδέν τοι* (*τί* vulgo) *οἰκεῖον Ἡσιόδῳ φόρημα. Δῆλα γὰρ δὴ ἐξ αὐτῶν τῶν ἐπῶν ὅτι ῥάβδῳ δάφνης ᾖδε.* Intelligit hos versus e Theog. (30.) *Καί μοι σκῆπτρον ἔδον, δάφνης ἐριθηλέος ὄζον, Δρέψασθαι θηητὸν, ἐνέπνευσαν δέ μοι αὐδὴν Θείην, ὥστε κλύοιμι* (v. Gaisf. qui edidit, *ὡς κλείοιμι*) *τά τ᾽ ἐσσόμενα, πρό τ᾽ ἐόντα.* Traditum sibi a Musis e lauri ramo baculum dicit, tanquam vati futurorum præscio, non tanquam poëtæ datum possumus interpretari propter illa, *ὥστε κλύοιμι τά τ᾽ ἐσσόμενα πρό τ᾽ ἐόντα.* Laurum gestabant et ammordebant, qui vaticinandi scientia callere volebant, unde *δαφνηφάγοι* vates. Asclepiades (Anal. 1, 218.) in statuam Homeri: *Καί σοι καλλιπέτηλον, ἐρυσσάμεναι περὶ πᾶσαι, Ὤρεξαν δάφνας ἱερὸν ἀκρέμονα.* Pausan. de virga laurea accepit, cum qua vett. poëtæ carmina sua recitabant. Quem morem etiam postea *ῥαψῳδοὶ* imitati sunt, qui aliena pronuntiarunt. Nam et hi virgam e lauro tenebant, cum carmina recitarent ex aliquo poëta. Credo itaque ex hoc Hesiodi loco quosdam adductos esse, ut putarint Hesiodum *ῥαψῳδὸν* fuisse, et primum *ῥαψῳδῆσαι*. Certe *ῥάβδος* omnium fuit communis, qui carmina publice, vel privatim pronuntiarent, s. sua, s. aliena. Ceterum quicunque *ἐπὶ ῥάβδῳ* canebant, non erant *ῥαψῳδοὶ*, sed illi soli, qui per *ῥαψῳδίαν* alienis carminibus certabant. Apud antiquos mos obtinuit in conviviis, ut pro lyra myrti, vel lauri virga circumferretur, cum qua accumbentes, qui fidibus nesciebant, scolia, i. e. convivialia carmina cantarent. Hesych.: *Μυρσίνης κλάδον ἢ δάφνης παρὰ πότον ἦν συνηθὲς διδόναι τοῖς κατακειμένοις ἐκ διαδοχῆς ὑπὲρ τοῦ ᾆσαι ἀντὶ βαρβίτου.* Vide Athen. et Aristoph. Schol. (Cf. Hesych. *Ἄιδειν πρὸς μυῤῥίνην· ἔθος ἐν τοῖς συμποσίοις τὸν μὴ δυνάμενον ᾆσαι*, imo *κιθαρίσαι, δάφνης κλῶνα ἢ μυῤῥίνης λαβόντα, πρὸς αὐτὴν ᾄδειν.*) Ex his colligere licet nulla unquam carmina cani olim, aut recitari solita absque lyra, aut virga laurea. Lyrica ad lyram canebantur, vel in convivio, si quis citharizare nesciret, virgam lauri vel myrti tenens ea canebat. Epici vero poëtæ, qua privatim, qua publice cum virga laurea carmina sua recitabant. Et postea inducta consuetudine, ut aliena etiam opera per eos, qui *ῥαψῳδοὶ* dicebantur, in theatris pronuntiarentur, nunquam absque virga vel baculo laurino id faciebant. Nec tamen inde *ῥαψῳδοὶ* dicti. Nam *ἐπὶ ῥάβδῳ ᾄδειν* res antiquior fuit *ῥαψῳδοῖς*, qui et eam ipsi usurparunt. Callim.: *Καὶ τὸν ἐπὶ ῥάβδῳ μῦθον ὑφαινόμενον Ἠνεκέως ἤειδε δεδεγμένος.* (Vulgo legebatur *Ἠνεκὲς ἀείδω δεδεγμένος.* ‘Scr. *δειδεγμένος*. Hesych. post *Δεῖγμα*: *Δεδέχατο· ἐδεξιοῦντο, ἐφιλοφρονοῦντο. Δεδεγμένοι· δεξιούμενοι.* Lege *δειδέχατο* ex Homero, et *δειδεγμένοι*.’ Bentl. De altera lectione, *Ἠνεκέως ἤειδε δεδεγμένος*, quæ nobis unice vera videtur, silent Callimachi Interprr., etiam Blomfield. *Ἠνεκέως* usurpavit Empedocles in loco, quem Noster laudavit. Cf. Simplic. ad Aristot. Phys. 173. *Κἀγὼ μυθολογήσω τὸ ῥαβδίον ἔχων ὑμῖν καθήμενος*, quem excitavit Schneider. Lex.) Verba Scholiastæ Pindari, quibus Dionysii Argivi opinionem refert de appellatione rhapsodorum, ita leg. sunt: *Οἱ δὲ, ὅτι, κατὰ μέρη πρότερον τῆς ποιήσεως διαδιδομένης, τῶν ἀγωνιστῶν ἕκαστος ὅ,τι βούλοιτο μέρος ᾖδε· τοῦ δὲ ἄθλου τοῖς νικῶσιν ἀρνὸς ἀποδεδειγμένου, προσαγορευθῆναι τότε μὲν ἀρνῳδούς· αὖθις δὲ ἑκατέρας τῆς ποιήσεως εἰσενεχθείσης, τοὺς ἀγωνιστὰς, οἷον ἀκειομένους πρὸς ἄλληλα τὰ μέρη, καὶ τὴν σύμπασαν ποίησιν ἐπιόντας, ῥαψῳδοὺς προσαγορευθῆναι. Ταῦτά φησι Διονύσιος ὁ Ἀργεῖος.* (Cf. Eust. l. c. *Διότι κατὰ μέρος φασὶ τῆς ποιήσεως διαδεδομένης, τὴν*

σύμπασαν ποίησιν ἐπιόντες οἱ ᾄδοντες, καὶ τὰ ἐξ ἑκατέρας Ὁμηρικῆς βίβλου συῤῥάπτοντες, ὡς ἐβούλοντο, ῥαψῳδοὶ ἐντεῦθεν προσηγορεύθησαν. Sed illud ἀκειομένους poëticum esset.) Perperam legitur οἷον ἀκουομένους. Homeri poësis per partes et membra olim erat discerpta, non in corpus unum relata, ut hodie extat, nec in ordinem ac seriem digesta. Agonistæ, qui per ῥαψῳδίαν in certaminibus super ea recitanda contendebant, partem aliquam sumere consueverant, quam pronuntiarent. Partes vero carminis, quas uterque antagonista, s. ῥαψῳδὸς recitandas elegerat, invicem postea committebantur, et veluti sartoris acu jungebantur. Eo modo cum universam poësin percurrerent, et sparsas partes conjungerent, ac veluti sarcirent, dictos esse ῥαψῳδούς. Hesych. Ἀκειόμενον· ῥάπτοντα καὶ ἰώμενον. Inde ἀκεστὴς, Sartor; et ἀκεστρία, Sartrix. At Philochorus ἀπὸ τοῦ συντιθέναι καὶ ῥάπτειν τὴν ᾠδὴν eos nominatos voluit, a componendis carminibus. (Cf. F. A. Wolf. infra citandum.) Sic ὑφαίνειν ἔπος Græci dicunt, et μῦθον ὑφαίνειν. Unde ἐπὶ ῥάβδῳ μῦθον ὑφαινόμενον Callim. dixit de ῥαψῳδία. Sic Lat. Carmen texere ac ducere. Simmias ἄτριον Δωρίας ἀηδόνος carmen suum de ovo dixit, h. e. Textum. Sed, cum ῥαψῳδοὶ Ii proprie dicti sint, qui aliena recitabant, non qui sua, vix possunt inde appellati videri, cum nihil ipsi componerent. Præterea si ῥάπτειν ᾠδὴν idem est simpliciter ac Carmen aliquod vel canticum componere et conscribere, poëta quilibet et versificator dici potest ῥαψῳδὸς, non epicus tantum, sed tragicus, comicus, et melicus. Quippe isti omnes ῥάπτουσι τὰς ᾠδὰς, i. e. Componunt. Ita sane videtur sumi et in illis versibus Hesiodi commentitiis, quos supra retulimus: Ἐν Δήλῳ τότε πρῶτον ἐγὼ καὶ Ὅμηρος ἀοιδοὶ Μέλπομεν ἐν νεαροῖς ὕμνοις ῥάψαντες ἀοιδήν. Nihil hæc ad ῥαψῳδοὺς, qui sua non edebant, sed aliena veluti suebant. Præterea quis non videt ab aliquo confictos, et Hesiodo attributos illos versus, qui Hesiodum coætaneum Homero fuisse, et primum ῥαψῳδῆσαι putavit? Idem sentiendum censeo de illo Epigr., quod in tripode scriptum esse, qui in monte Helicone ab Hesiodo dedicatus est, proditur: Ἡσίοδος Μούσαις Ἑλικώνισι τόνδ' ἀνέθηκε Ὕμνῳ νικήσας ἐν Χαλκίδι θεῖον Ὅμηρον. Ex hoc Epigr. non esse dubium affirmabat Varro, quin aliquo tempore eodem vixissent Homer. et Hesiod. Multo probabilius est ab Hesiodi amatoribus et admiratoribus hæc talia conficta fuisse, qui palmam illi et coronam contra Hom. dare parati erant. Quæ si vera et genuina essent, cui dubium foret ambo eodem omnino tempore fuisse? Sed hæc in medio relinquo." Salmas. Exerc. Plin. 608.]

[Ῥαψῳδός. "Cum fere omnia, quæ de *Rhapsodis* accepimus, plurimum conferant ad cognoscendam vitam ἀοιδῶν, utpote quorum in locum illi successerint, pauca nobis de insigni ordine dicenda sunt, maximeque ea, de quibus VV. DD. adhuc minus solerter existimarunt. (Nota:—'Optime de iis putatur scripsisse S. F. Dresig. in Comment. Lips. 1734. 4. Et quæ quidem manu congeri poterant, congessit ille pleraque omnia; sed judicium verum lectori reliquit. Hoc qui quærit, adeat saltem Gillies' History of Greece 1, 6.') Ex iis, quæ a Salmasio et aliis disputata sunt de rhapsodis, non intelligitur, eorum potissimum curæ deberi, quod etiam nunc Homerica tractamus, arteque rhapsodica actioni Græcorum omni, et scenicæ et oratoriæ, viam munitam esse. (Nota:—'Inde ὑποκρίνεσθαι sæpe dicitur de cantu rhapsodorum, ipsique ὑποκριταὶ τῶν ἐπῶν vocantur tum a Lexicographis, Hesychio et Timæo, tum a Diod. S. 14, 109. 15, 7. Plures autem ῥαψῳδοὺς et ὑποκριτὰς, ῥαψῳδίαν et ὑπόκρισιν, ut diversa ponunt, usu magis proprio. Proprie enim τὸ ῥαψῳδεῖν ad omnia genera carminum pertinuit, a quibus vera actio abesset, i. e. ea qua etiam orator caret.') Imo hos, quos insignem ordinem appello, pro levissimis hominibus habendos multi docuerunt e Plat. et Xenoph. Sed hic primus est e tribus erroribus, qui hujus rei veritatem pervertunt, quod priscæ illius atque Socraticæ ætatis rationes confun- A duntur. Alterum errorem jam sublatum puto, quo e falsa notatione nominis ῥαψῳδοῦ, (Nota:—'Παρὰ τὸ ῥάπτειν ᾠδὴν, Consuere s. Connectere carmen, quæ quidem vera est etymologia, sed ex antiquorum temporum ingenio interpretanda. Quippe aliud est Breviora carmina modo et ordine publicæ recitationi apto connectere, s. ut Pind. Schol. ait, εἱρμόν τινα καὶ ῥαφὴν adhibere, aliud Centonem consuere. Quod vero his postremis sæculis fuerunt VV. DD., qui ῥαψῳδὸν atque ποιητὴν ipsa vi nominis eundem putarent esse, falsa illos analogia fefellit. Non enim ῥάπτειν aut ὑφαίνειν ita de componendis versibus dici solet, ut de struendis dolis et consiliis. Adversatur etiam Pind. Nem. 2. ubi ignavissimum in illa ratione epitheton esset in verbis, ῥαπτῶν ἐπέων ἀοιδοί. Neque eo, sed simpliciter ad cantum rhapsodicum, trahenda est locutio ῥάπτειν ἀοιδὴν in verss. Hesiodo tributis ap. Schol. Pind. l. c. Sed hic attingi tantum possunt ista omnia.') collegerunt quidam, versatam esse operam eorum in versibus passim excer- B pendis et consarcinandis ad modum Centonum, quales ex Homero *a sanctis animis facti extant, ridiculæ ineptiæ in summa gravitate rerum.* Atque absurdum illud commentum etiam turpius ornatum est ab iis, qui circulatorios cantores sui temporis rhapsodis similes rati, res, quas illi cecinerint, in tabula pictas et bacillo demonstratas fingebant. Tertius error latissime patet, h. l. nobis in primis coarguendus. Nam quod ante usitatam scribendi artem commune erat carminibus omnibus, singulare Homero institutum fecerunt, eumque vatem, quem ingenii sui monumenta scripto consignasse non dubitabant, unum vel in paucis cantitari et memoriter vulgari solitum putarunt. Cui rationi et ipsa res et veterum auctoritas prorsus repugnat. Neque enim *unius Homeri, sed et Hesiodi et aliorum carmina, omneque epicum genus, mox lyricum quoque et jambicum, complexa* est ars rhapsodorum, v. Plat. de LL. 2. p. 658. Ione 530. Athen. 14. p. 620.; fuitque diu hæc unica via publice prodendi ingenii, ut etiam Xenophanem C poëmata sua ipsum ῥαψῳδῆσαι legamus, ap. Diog. L. 9, 18. quem locum Ross. nuper in Comment. Laërt. non melius accepit quam Feverlin. in Diss. de Xenophane 21. In Homericis autem, *omnium præstantissimis, plurimorum studia hæsisse, et quasi familiam quandam extitisse Homeridarum, quæ primum ap. Chios, deinde alibi hanc artem exerceret, multorum testimoniis confirmatur. Familiam dico ea significatione, qua familiæ appellantur sectæ vel scholæ philosophorum, non tanquam stirpem et progeniem Homeri. Quamvis vero artis hujus nomen videatur posterius esse Homero, ipsa ars et professio jam antiquissimis temporibus viguit, ac multo tum quam* posthac fuit illustrior. Quoad enim paucorum erat, memoria complecti majorem numerum carminum, nondum apertis ludis, quibus illa pueri docerentur, unoque genere eruditorum, sacris vatibus, tota Græcia circumlatis, etiam eos, qui illorum opera in notitiam vulgi perferebant, præcipuo honore haberi consentaneum fuit. Quanquam primo quidem vatem D quemque fere non nisi sua divulgasse, vel ex eo apparet, quod rhapsodicæ professionis Hesiodus, aut aliquis alius suppari ætate auctor nuncupatur: Nicocl. ap. Schol. Pind. et Athen. ll. cc. Exploratiora haberemus de hac omni re, si scripta Dionysii *Argivi*, Timomachi, *Hippostrati*, Aristoclis, Menæchmi, aliorumque, ab illis duobus laudata, superessent. Mox autem inde a Terpandro Lesbio Olymp. 34. usque ad Cynæthum Chium, excellentem in primis in arte sua Olymp. 69., eosdem non aliena tantum, sed etiam propria cecinisse, nullumque prope fuisse rhapsodum, quin idem probabilis poëta esset, manifesta historiæ vestigia arguunt. Atque ex hoc factum esse puto, ut tam multa carmina illorum temporum, obliteratis rhapsodorum, a quibus confecta essent, nominibus, cum ab aliis et aliis subinde repeti solerent, tandem falsis auctoribus assignata, et ad extremum ἀδέσποτα circumferrentur. Jam etsi Homeri ævo perpaucæ artes et opificia a certis hominibus tractabantur, attamen ars ἀοιδῶν tum non minus peculiaris

fuit, quam fabri aut figuli, quam medici aut harioli, v. Od. P. 383. sqq. Hesiod. Ἔργ. 25. Hymn. in Apoll. 165. sqq. etc.; honorem autem publice privatimque habuit longe maximum. Sive enim in oppidis suis manebant, s. varia loca, populorum conventus, regumque epulas obibant, cari diis et venerabiles hominibus habebantur. Eadem rhapsodis dignatio, eadem vita fuit, donec res sensim cum studiis et moribus hominum immutata, et, argento certaminum præmio proposito, ad levem quæstum deducta eviluit: Io ap. Plat. 535. Ἐὰν μὲν κλαίοντας αὐτοὺς καθίσω, αὐτὸς γελάσομαι, ἀργύριον λαμβάνων· ἐὰν δὲ γελῶντας, αὐτὸς κλαύσομαι, ἀργύριον ἀπολλύς. Verum hoc alias: nunc illud quæramus, utrum e libro, an memoriter cecinerint rhapsodi, et quali discendorum carminum modo usi sint, quando libros non haberent. Qua in re nemo nisi veteris Græciæ plane hospes dubitet, quin illi memoriter pronuntiarint omnia: ita jam fecerant prisci vates omnes, trium Musarum, Μελέτης, Μνήμης, Ἀοιδῆς, cultores; quin adhuc Socratis ætate, cum scripta exemplaria Homeri a rhapsodis maxime conquirerentur, Xenoph. M. S. 4, 2, 10. ipsa recitatio non est facta de scripto. Ineptus videor mihi ipse, qui talia doceam. Sed ne illud quidem assecuti sunt multi; imo e Plat. Ione opinionis suæ præsidium captarunt, ubi tamen rhapsodo maxime necessarium esse dicitur memoria valere 539. nihilque aliud inest, quod ad usum exemplarium spectet. Denique adde, quod in verbis, quibus rhapsodorum recitatio notatur, nullum est, quod illuc pertineat. Dicunt Græci de ea ᾄδειν, ψάλλειν, μελῳδεῖν, μνημονεύειν, ἀπαγγέλλειν, διατιθέναι, similia, nunquam ἀναγιγνώσκειν, aut ἀναλέγεσθαι. Stupes fortasse ad tantam capacitatem memoriæ, quæ totum Homerum complecti potuerit? Mihi vero id etiam parum videtur, multoque plura nonnunquam bonos rhapsodos tenuisse suspicor. Etenim si etiam tum, cum multiplex doctrina, ad lectionem librorum revocata, cultissimæque vitæ negotia obruebant memoriam, Athenis fuerunt liberaliter educati, qui universam Iliada et Odysseam tenerent, Xenoph. Symp. 3, 5.; quid ambigis de iis hominibus, qui in tali re assidue operam locabant, et illis in sæculis, ubi brevior orbis discendorum ingeniis quasi vacuitatem dabat, sapientiæque fama longe aliis studiis parabatur? Quid? Plato quidem in Phædro 274. atque alii vett. philosophi judicarunt, hanc facultatem animi nostri metiendam non esse eorum temporum modulo, cum apparatus subsidiorum illius culturam impediret; inventas literas profuisse disciplinis, sed obfuisse discentibus, adeo ut quæ inventio medicamen memoriæ dicta esset, eadem non immerito noxa ejus et pernicies diceretur. Quod verissime monitum esse, illiteratorum hominum et doctrinæ nostræ expertium populorum contemplatio docet. Neque enim nobis opus est afferre singularia specimina validioris memoriæ, ut Hortensii oratoris, quem Cicero narrat ea, quæ secum commentatus esset, sine scripto omnia reddere potuisse iisdem verbis, quibus cogitasset, s. poëtarum, tum αὐτοσχεδιαζόντων, qui Italis Improvisatores vocantur, tum aliorum multorum, quos constat, præsertim interdictos usu scripturæ, plura millia versuum et fecisse in animo, et memoriæ infixa sæpius repetiisse. Quippe non agimus de raris quibusdam miraculis naturæ, verum de ordine hominum, per totam vitam huic uni arti vacantium, ut vel pangerent carmina, quæ mox canendo divulgarent, vel divulgata ab aliis discerent. Atqui tales fere ordines hominum in aliis quoque populis reperimus, ap. Hebræos Scholas, quas dicunt, Prophetarum, tum cognatiores nobis Bardos, Scaldros, Druidas. De his quidem postremis Cæsar B. G. 6, 14. et Mela 3, 2. referunt, propriam eorum fuisse disciplinam, in qua nonnulli ad vicenos annos permanserint, ut magnum numerum versuum edíscerent, literis non mandatorum. Simile quiddam et alias sæpe et nuperrime de natione Ossiani narratum est a G. Thorntono in Transactt. of the American Philosophical Society at Philadelphia 3, 314. In illa natione etiam nunc senes esse, qui tantam copiam antiquorum carminum memoria custodirent, ut velocissimum scribam per plures menses dictando fatigaturi essent. Quam vellem tantillum nobis Græci tradidissent de vatibus et rhapsodis suis! Nam et horum propriam quandam disciplinam et singulare studium artis fuisse, pro comperto habendum arbitror. Age igitur, rhapsodicæ διδασκαλίας modum, antiquitatis tenebris obscuratum, similium rerum comparatione eruamus. Fuit is, si quid video, idem, qui diu adhibitus est in scena, et tragica et comica, in variis generibus chororum, denique in scholis et ludis, priusquam scribendi legendique facultas vulgo frequentari cœperat. Is autem modus qualis fuerit, ipsa vocabula testantur. De poëtis enim proprium est et e re ductum, διδάσκειν δράματα, Lat. Docere; de actoribus, μανθάνειν, Discere partes; hinc διδάσκαλοι, ὑποδιδάσκαλοι, *ἀντιδιδάσκαλοι, διθυραμβοδιδάσκαλοι, et alia hujuscemodi: post ea, quæ ex Harpocr. et Hesych. v. Διδάσκαλος a nonnullis VV. DD. breviter, et a Casaub. in Athen. 6, 7. didascaliarum causa notata sunt, nemo, quod sciam, in hanc rem accurate inquisivit, expectatque ea adhuc lucem suam cum multis aliis, quæ ad ludos scenicos Græcorum pertinent. Nimirum, ut chironomiam, ut reliquos motus corporis, ut totam saltationem actores discebant aspectu præmonstrantium magistrorum, ita etiam verba, præcinente ipso poëta, auditione, non, sicut hodie, e libellis arripiebant. Itaque hoc instituto usi videntur rhapsodi, ut alter alterum doceret coram, mox exercitatio et frequens recitatio artem pararet. Neque sane est, quod hanc rationem incommodam vel memoriæ molestiorem putemus hac nostra: certe id quisque nobis concedet, eam non potuisse non multo efficaciorem esse ad optimam pronuntiationem atque verborum sententiarumque omnium veram vim et sonum assequendum. Huc accedit, quod acerrima studia auditorum cum summo amore domesticæ historiæ in antiquis ἔπεσιν haud dubie operam istam facilem et jucundam efficiebant. Quæ omnia, ex illorum temporum ingeniis ac moribus existimata, locum non relinquunt dubitationi, qui fieri potuerit illud, quod factum esse historicæ rationes pervicerunt. Hæc autem reputanti mihi vehementer errare videntur ii, qui putant literis non usum Homerum statim totum immutari et sui dissimilem reddi necesse fuisse. Id sc. effecisset vaga auditio, non legitima et bene composita διδασκαλία. Veruntamen ipsi veteres a rhapsodis repetebant originem variarum lectt., in eorumque creberrimo cantu præcipuum fontem videbant corruptionis et interpolationis Homericæ. Atque hoc judicium, ab Alexandr. Criticis profectum, servatum ap. Joseph. (c. Apion. 1, 2. p. 439.) ejusmodi est, ut natura rei cogitantem facile eodem perducat. Neque enim ne tenacissima quidem memoria, a scriptis exemplaribus destituta, non vacillat interdum, et paulatim longius a fide desciscit. In primis vero recitatio ipsa, vivido impetu et ardore animi peracta, infirmarit oportet memoriam, multisque mutatt. causam dederit, in eo præsertim sermone, qui quasi sponte concluderet versum, neque hanc artificiosam concinnitatem haberet, quæ aliunde illata respueret, cum omnia tanta simplicitate sententiis verbis conferta sint, omnia ita membratim et incisim decurrant, ut mutandi, detrahendi, addendi ubique maxima facilitas sit. Postremo mirum fuisset, nisi rhapsodi generosioris spiritus, et qui ipsi poëtæ essent, passim aliquid a se melius dici posse, alia etiam in auditorum gratiam clarioribus verbis exprimenda, alia denique intertexenda pluribus carminibus uno filo nectendis putarent. Ut enim ab omnibus intelligerentur, et cum voluptate audirentur, summa illorum cura esse debuit, non hæc, ut carmina sincera servarent, qualia primum fuderat vates. Itaque nominatim Cynæthi familia insimulatur illum tum aliis modis corrupisse, tum proprios versus inculcasse, Schol. Pind. l. c. et ex eo Eust. (l. c.) Quare equidem crediderim, si e talium rhapsodorum ore exceptum hodie extaret exemplum Homeri, ab insequentibus Criticis non limatum, eandem illius faciem

futuram esse, quam majores nostri Hymni Homeridarum habent. Admonet me hoc nomen Hymnorum, ab Hemsterh. et aliis inductum, ut adjiciam aliquid de interpolatione rhapsodorum, e quo plane appareat, quam illi non alieni fuerint a poëtica facultate, et quam sine fraude talis interpolatio facta sit. Prius quidem etiam nullo auctore verisimillimum esset, nisi adeo frigida putes illorum ingenia, ut usu pœne quotidiano optimorum poëtarum non incaluerint ad aliquid simile tentandum. Verum, etsi hujus ævi tam lacunosa historia est, Pindar. tamen et Plut. de Musica 1133. (loquens de modis citharœdicis et rhapsodis antiquioribus, Τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς, ὡς βούλονται, ἀφοσιωσάμενοι, ἐξέβαινον εὐθὺς ἐπί τε τὴν Ὁμήρου καὶ τῶν ἄλλων ποίησιν· δῆλον δὲ τοῦτ' ἔστι διὰ τῶν Τερπάνδρου προοιμίων,) satis clare tradunt, compositos a rhapsodis esse Hymnos, quibus solenni recitationi Homericorum et aliorum carminum præluderent. Itaque posteriore in primis auctore fretus jam olim Hemsterh. duce conjeci, e talibus prooemiis et fragmentis prooemiorum hanc nostram farraginem Hymnorum conflatam esse, addita causa, non improbabili fortasse, cur illa sensim cum Homericis carminibus confusa sint, ad Hesiodi Theog. p. 60. cf. Mitscherl. ad H. in Cer. p. 101. et Groddeck. Comment. de Hymnorum Hom. Reliqq. 21. Nihil enim, ut opinor, interfuit theatrorum istorum, exploratum habere, cui quidque deberent, quod auditu dignum esset: Alexandrinorum autem tempore, quorum maxime interfuit, nihil videtur superfuisse nisi varia et obscura fama, ut de tot aliis ἀδεσπότοις, quorum partim jam ap. Herod. mentio fit. Denique de solennis justæque recitationis ratione in publicis conventibus et certaminibus paucissima sunt, quæ certa rerum fide tradantur. Unum inter omnes constat, utrumque epos Homeri non nisi particulatim ac diverso ordine decantatum esse, et particulæ cuique vulgo proprium nomen fuisse: instar omnium nobis est auctoritas veteris scriptoris, quem excerpsit Ælian. V. H. 13, 14. (l. c.) Ea nomina extant tum ap. Ælian. et Eustath. in principiis rhapsodiarum, tum ap. alios scriptt. quam plurimos, qui passim Homerica loca ad illum modum excitant. Sed eæ partes ab initio fere longiores fuerunt, neque, ut ex Eust. colligas, cum Aristarchea descriptione librorum congruentes. Ita Ἀλκίνου Ἀπόλογος 4. vel 5. libros Odysseæ complectebatur: (Nota:—'Cf. recte monentem Twining. ad Aristot. Poët. 365. Addo simillimum exemplum ap. Herod. 2, 116. ubi Il. Z. 289. laudantur e Διομήδους Ἀριστείᾳ, quo nomine a Grammaticis appellatur Il. E. Quod ipsum una cum tenore constructionis valde adversatur obelo Valckenærii, delentis verba, ἐν Διομήδεος Ἀριστείῃ:') quod pensum in una solemnitate commode absolvi potuit. In aliis carminibus, ut in Καταλόγῳ Νεῶν, in Κόλῳ Μάχῃ, artem rhapsodi spectatam puto, præsertim in legitimis certaminibus, ut cum ceteris apte coirent, et elegans ῥαφὴ efficeretur: in quo tamen haud dubie plura per sæcula nihil certum et constans fuit, cum res modo a locis ac temporibus recitandi, modo ab ingenio et judicio rhapsodorum penderet." Wolf. Proleg. ad Hom. s. 22—5. "Primo quidem tempore et pœne ad Periclis usque ætatem Græcia Homerum et ceteros ἀοιδοὺς suos adhuc auditione magis quam lectione cognoscebat. Paucorum etiam tum erat cura scribendi, lectio operosa et difficilis; itaque rhapsodis maxime operam dabant, captique mira dulcedine cantus ab illorum ore pendebant. In clarissimis hujus sæculi rhapsodis memoratur circa Olymp. 69. Cynæthus, Pindaro æqualis, qui Chio commigravit Syracusas, vel ibi maxime artem factitavit, Schol. Pind. (l. c.) Atque hujus professionis homines cum omne tempus consumerent in ediscendo poëta, eosdem ejus primos Interprr. fuisse putes. Sed nullo id confirmatur certo testimonio scriptoris. Quod enim a nonnullis affertur Platonis, illud in isto contextu ad quemvis actorem scenæ transferri potuerat: (Nota:—'Ione 530. Οὐ γὰρ γένοιτό ποτε ῥαψῳδὸς, εἰ μὴ συνίῃ τὰ λεγόμενα ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ. Τὸν γὰρ ῥαψῳδὸν ἑρμηνέα δεῖ τοῦ ποιητοῦ τῆς διανοίας γίγνεσθαι τοῖς ἀκούουσιν. Speciosius est, quod respondet Io, posse se κάλλιστα ἀνθρώπων λέγειν περὶ Ὁμήρου, eaque in re certare cum interprr. optimis. In ceteris quidem hic pulcellus interpres nihil profert tanto hiatu dignum; sed potuerit id facere, ut Sydenham. censet, non quærimus de rhapsodis ætatis Platonicæ, sed de antiquis successoribus ἀοιδῶν. Cf. p. 535. a.') Quocirca non dubito, quin antiquissimi philosophi auctores interpretationis habendi sint, et initio quidem πραγματικῆς." Idem ib. 36. Vide et Villoison. Proleg. ad Hom. p. lvi.]

[Ῥαψῳδός. Hesych. Βραυρωνίοις· τὴν Ἰλιάδα ᾖδον ῥαψῳδοὶ ἐν Βραυρῶνι τῆς Ἀττικῆς. Ὠιδεῖον· τόπος, ἐν ᾧ, πρὶν τὸ θέατρον κατασκευασθῆναι, οἱ ῥαψῳδοὶ καὶ οἱ κιθαρῳδοὶ ἠγωνίζοντο.]

[* Ψευδοραψῳδὸς, ὁ, ἡ. "Hesych. Ψευδοραβδοθίαι· ψευδοραψῳδοί." Boissonad. Mss.]

Ῥαψῳδία, (ἡ,) Contextura carminum, hexametrorum præsertim, et quasi consarcinatio, de qua lege quæ modo dixi in Ῥαψῳδῷ. Aristot. de Poët., Καθάπερ Χαιρήμων ἐποίησεν Ἱπποκένταυρον, μικτὴν B ῥαψῳδίαν ἐξ ἁπάντων τῶν μέτρων. [Locus est c. 3. Ed. Burgess. Οὐδὲν δὲ κοινόν ἐστιν Ὁμήρῳ καὶ Ἐμπεδοκλεῖ, πλὴν τὸ μέτρον· δι' ὃ τὸν μὲν ποιητὴν δίκαιον καλεῖν, τὸν δὲ φυσιολόγον μᾶλλον ἢ ποιητήν. Ὁμοίως δὲ, κἂν εἴ τις ἅπαντα τὰ μέτρα μιγνύων ποιοῖτο τὴν μίμησιν, καθάπερ Χαιρήμων ἐποίησε Κένταυρον, μικτὴν ῥαψῳδίαν, ἐξ ἁπάντων τῶν μέτρων οὐκ ἤδη καὶ ποιητὴν * προσαγορευτέον. "Supra dixerat, scriptt. qui non imitantur, licet metro epico vel elegiaco scripserint, ἐποποιοὺς et ἐλεγειοποιοὺς male nominari: addit nunc, poëtam, si quis per metra omnigena imitationem fecerit, ut Chæremo fecit, non idcirco e metris omnigenis nominari debere, παμμετροποιοῦ sc. titulo, vel aliquo ejusmodi. Ut hic sensus, qui mihi quidem verus videtur, ex h. l. eliceretur, interpunctionem tantum, post μέτρων sublatam post ῥαψῳδίαν posui. Quod si Codd. Mss. sinerent, voces illas, μικτὴν ῥαψῳδίαν, penitus delerem, quas e glossemate ortas suspicor." Tyrwhitt. At, si hoc sibi voluisset Aristot., illud παμμετροποιοῦ, quod emphasin haberet, C exprimendum esse, non subintelligendum esse existimasset. Porro nunc loquitur Philosophus de eo, qui poëta dicitur, non de titulo ejus, qui per metra omnigena imitationem fecit. Verum vidit Hermann., qui sic edidit: Ὁμοίως δὲ κἂν εἴ τις ἅπαντα τὰ μέτρα μιγνύων, προΐοιτο τὴν μίμησιν, καθάπερ Χαιρήμων ἐποίησε Κένταυρον, μικτὴν ῥαψῳδίαν ἐξ ἁπάντων τῶν μέτρων, οὐκ ἤδη καὶ ποιητὴν προσαγορευτέον. "Tyrwhitti constructio vulgata durior est: quare vulgatam retinui. Verba, μικτὴν ῥαψῳδίαν, glossema putat Tyrwh. absque causa idonea." Buhl. "Legitur in libris ποιοῖτο τὴν μίμησιν, et deinde Edd. habent οὐκ ἤδη καὶ ποιητήν. Plerique Codd. οὐκ ἤδη omittunt, (ut Ven. Guelph. Parr. 2040. 2938. in Burgessii Appendice: deinde καὶ π. Guelph. Par. 2040. καὶ τοῦτον π. ap. Eund. ib. Deesse οὐκ ἤδη in Codd. Vat. Urb. 47. et Reg. Matrit. 92. testatur Idem in Musei Oxon. Liter. Spec. Fasc. 2. Pt. 2. p. 3. Οὐκ ἤδη legi in Aldi Edd. 1508. Paccii 1536. Bas. 1550. Camotii 1551. Victorii 1573. Sylburgii 1585.; et deesse in D Ed. Morelii 1555.; porro οὐκ ἤδη legi in Edd. Heinsii, Edinb. Glasg. Chandleri, Harlesii, Upton. Ox. 1760. 8. Winstanl. Matrit. 1778. Cookii, Cantab. 1785.: οὐχ ἧττον in Edd. Batteusii et Reizii, notatum est in Tabula, quam idem Burgess. in Mus. Oxon. Liter. Spec. Fasc. 2. Pt. 1. exhibet.) Battesii conjecturam, οὐχ ἧττον ποιητὴν recepit Reizius. ('Plures Victorii Codd. necnon Medicei in Ed. Winstanl. excerpti omnes, Ven. Guelph. Par. 2040. 2938. sicut etiam Ed. Morel. οὐκ ἤδη non agnoscunt: male. Alii Victorii Codd. Guelph. Medic. B. et Par. 2040. Ed. Morel. καὶ τοῦτον ποιητὴν habent. Heinsius προσαγορευτέον cum interrogationis nota legi jubebat: non necesse. Batteusius pro οὐκ ἤδη καὶ maluit οὐχ ἧττον: pessime. Miror sane, quod Reiz. hanc lectionem receperit.' Buhl.) Videamus quæ sit harum lectionum vis et virtus. Poëtas, inquit Aristot., appellare a metri genere solent: falso. Nam poëtæ sunt, qui imitantur, ut Hom.; non sunt, qui non imitantur, ut Empedocles. Quod si quis omnibus metris mixtis imitetur, ut Chæremo, hic non erit poëta dicendus. Hic est vul-

gatæ lectionis sensus. At is aperte falsus; nam, si quis imitatur, s. is uno metri genere, s. omnibus, s. nullo id faciat, poëta erit propter hoc ipsum, quia imitatur. Quod si lectionem Codd. illorum, qui οὐκ ἤδη omittunt, et Battesii spectamus, utraque huc redit: Etiam qui omnibus metris imitatur, poëta erit dicendus. At quorsum hoc dicat Aristot.? Si eum solent poëtam appellare, qui metris utatur, quid dubium est, quin eum quoque dicturi sint poëtam, qui omnia metra adhibeat? Quem ut non possint ἐποποιὸν, vel ἰαμβοποιὸν vocare, at vocabunt πολυμετροποιόν. Imo illorum opinioni, qui poëtas appellant, quos metro uti vident, non nisi hæc duo opponi possunt: poëtam esse, qui imitetur, etiam si nullo metro utatur; et poëtam non esse, qui non imitetur, etiam si omnibus metris utatur. Horum primum non dixisse Aristot. manifestum est, qui et omnium metrorum usum disertim commemoret, et exemplum adhibeat Chæremonis. Ergo alterum dixerit necesse est, non esse poëtam, qui omnibus metris utatur, nisi idem etiam imitetur. Vidit hoc etiam Victor.; sed B quod hic edidit, οὐ ποιοῖτο τὴν μίμησιν, uno libro Ms. adjuvante, id duplici vitio laborat, et οὐ pro μὴ posito, et accessione articuli. Nam quod volebat Victor., id Græce diceretur, μὴ ποιοῖτο μίμησιν. (“Victor. legit, εἴ τις ἅπαντα τὰ μέτρα μιγνύων οὐ ποιοῖτο τὴν μίμησιν,—οὐκ ἤδη καὶ ποιητὴν προσαγορευτέον, sensu prorsus ei contrario, quem Aristot. exprimere voluit, et invitis Codd. omnibus. Vide Victorii Comment. 17. et Twiningii notam, qua nostram lectionem, 'Ὁμοίως δὲ κἂν εἴ τις ἅπαντα τὰ μέτρα μιγνύων ποιοῖτο τὴν μίμησιν, καθάπερ Χαιρήμων ἐποίησε Κένταυρον, μικτὴν ῥαψῳδίαν ἐξ ἁπάντων τῶν μέτρων, οὐκ ἤδη καὶ ποιητὴν προσαγορευτέον, a Victorio defendit, p. 165. sq.' Buhl.) Quæ cum ita sint, scr: censui una addita litera προΐοιτο, Negligeret, et revocandam vulg. lect. οὐκ ἤδη καὶ ποιητήν. Causa, quare οὐκ ἤδη plerique Librarii omiserint, manifesta est. Nam cum semel scriptum esset ποιοῖτο, quod hoc facilius accidere poterat, quo frequentius in hoc libro hæc formula dicendi occurrit, sensum videbant C ineptum esse, si legeretur οὐκ ἤδη. Ceterum Chæremonis exemplum non ideo attulit Aristot., ut hunc poëtam esse negaret, sed ut ostenderet, posse aliquem omnibus metris uti. Nam ita de eo, et merito existimavit, esse eum ad legendum, quam ad scenæ usum, aptiorem. In Rhet. 3, 12. enim sic loquitur: Βαστάζονται δὲ οἱ ἀναγνωστικοὶ, οἷον Χαιρήμων· ἀκριβὴς γὰρ, ὥσπερ λογογράφος. Hanc sententiam qui exemplo confirmatam videre cupit, legat fragmm. illa, quæ ad Eurip. Hec. p. 128. 130. emendavi. Ac nisi fallor, ex hac ipsa re explicari poterit, cur Aristot. hic et infra 24, 11. de Centauro tanquam de carmine epico loquatur, quem Athen. 608. δρᾶμα * πολύμετρον vocat. Videtur enim dramatum more id carmen scriptum fuisse, sed non ut in scenam afferretur, verum ut legeretur. Eodem modo non satis proprie Philoxeni dithyrambus Cyclops Δρᾶμα dictus est, de quo dicemus ad 2, 6. Versus, quos e Centauro affert Athen. 676. trimetri jambici sunt; item D quos Idem affert 608. qui sic scribendi videntur: Ἔνθεν μὲν αὐτῶν εἰς ἀπείρονα στρατὸν Ἀνθέων * ἀλόγχων ἐστράτευσαν, ἡδοναῖς Θηρωμένων, * πάμμικτα λειμῶνος τέκνα. Ceterum Tragicum perhibet Chæremonem, id quod et nomina fabularum et sermo fragmentorum arguunt, Athen. 43. c. 562. c. 608. c. 679. e. Suidas autem et Eudocia 436. et Anonymus Interpres ad Aristot. Rhet. 3. Comicum fuisse tradunt, eo fortasse adducti, quod suaviores, quam tristiores, ejus fabulæ viderentur.” Hermann. “Chæremo in Centauro v. 1. Ἔνθεν μὲν αὐτῶν εἰς ἀπείρονα στρατὸν ἀνθέων ἀλόχων ἐστράτευσαν. Cum αὐτῶν non habeat, quo referatur, nam ad ἀνθέων referri non posse, apparet e seq. θηρωμένων, fuisse suspicabar, ἑσμὸς μὲν αὐτῶν, cui vocabulo jungitur ἐστράτευσαν per synesin. Pro ἀλόχων Hermann. ad Aristot. Poët. 98. * ἀλόγχων scripsit, non sine magna veritatis specie, si Chæremonis sermonem cogites. Lenior fuisset metaphora, si scripsisset, στρατὸν ἀνθέων ἄλογχον. Haud absimili ratione Sophocles in Achill. Amator,

A ὄμματα * πλατύλογχα dixerat, ut est ap. Hesych. v. Ὀμμάτειος πόθος. Cf. Toup. Ep. Cr. 133. (Emendd. 2, 567.) V. 3. fortasse leg. Θηρωμένων τὰ τερπνὰ λειμώνων τέκνα.” Jacobs. Additt. Anim. in Athen. 325. Restat, ut pauca dicamus de lectione ἱπποκένταυρον in Aristot. loco, quam Noster exhibet pro Κένταυρον, ut hodie legitur. “Κένταυρον pro Ἱπποκένταυρον reposui auctoritate Codd. Victorii, et Athenæi, qui Chæremonis opus eo nomine citat 608. 676. In hoc autem Athen. lapsum crediderim, quod in loco priore Κένταυρον appellet Δρᾶμα * πολύμετρον: Epopœiam enim, non Drama, fuisse, ex Aristot. ratiocinatione constat, et hic, et infra p. 85.” Tyrwhitt. “Vulg. Ἱπποκένταυρον. Ven. ἐπίταυρον, at in margine manu eadem, γρ. ἐπικένταυρον. Leid. ἐπὶ ταῦρον, supra script. eadem manu Κένταυρον. Guelph. Parr. 1741. 2040. 2938. Κένταυρον.” Burgess. Append. “Vat. Urb. 47. ἐποίησε Κεν. Reg. Matrit. 92. ἐπὶ Ταῦρον.” Idem in Musei Oxon. Liter. Spec. Fasc. 2. Pt. 2. p. 3. “Leg. ἐποίησεν ἐπὶ Κενταύρῳ,” Castel- B vetrus ap. Eund. ibid. p. 15. Κένταυρον exhiberi in Edd. Morelii 1555. Victorii 1573. Heinsii, Chandleri, et Reizii; Ἱπποκένταυρον in Sylburgii Edd. 1585. Aldi 1508. Paccii 1536. Bas. 1550. Camotii 1551. Upton. Oxon. 1760. 8. Winstanl. Edinb. Glasg. Batteusii, et Harlesii, notavit Idem in Tabula, quam dedit in Mus. Oxon. Liter. Spec. Fasc. 2. Pt. 1. “Καθάπερ Χ. ἐποίησε Κένταυρον: ita recte emendavit Victor. e Codd. suis, et ex Athen. 608. ubi hic de Chæremone ait, Ἐν δὲ Κενταύρῳ, ὅπερ Δρᾶμα πολύμετρόν ἐστι κ. τ. λ. Nec aliter legunt Codd. Guelph. et Parr. 1741. 2040. 2938. Cod. Medic. A. C. et Ven. ἐπίταυρον. In marg. Ven. manus eadem correxit γρ. ἐπικένταυρον. Cod. Leid. habet ἐπὶ ταῦρον, sed eadem manu supra scriptum est Κένταυρον. E recentt. Editoribus in textu jam exhibuerunt Κένταυρον Heins. Reiz. Editor Ox. 1760. (in Ox. 1760. 8. Ἱπποκένταυρον reperitur, teste Burgessio l. c.) et Tyrwh. Vulgo Ἱπποκένταυρον. Cf. de Chæremone Aristot. Rhet. 3, 12. Athen. 676. Twining. Not. p. 168.” Buhl. Observationem Hemsterhusii hanc ad Lucian. 1, 30. ab Aristot. Editoribus et Interprr. prætermissam, pro inedita dedit Burgess. in Mus. Oxon. Liter. Consp. p. 30.:—“Ἔστι γοῦν ἐκ δύο καλῶν ἀλλόκοτον τὴν ξυνθήκην εἶναι, οἷον ἐκεῖνο τὸ προχειρότατον, ὁ ἱπποκένταυρος. Duplici fere sensu veteres usurpant; primum ad significandam rem s. insolitam et portenti similem, s. fictam et vera natura vacuam adhibetur: Eust. ad Il. A. p. 102. ἀνυποστάτους ἐννοίας, καὶ ἃς οὐκ οἶδε φύσις τελεσφορεῖν. Quis enim hippocentaurum fuisse, aut chimæram putat? ut ait Cic. de N. D. 2, 2. Noster in Hermot. 72. cum chimæras et gorgonas adjungit, in animo certe Platonis habuit locum in Phædro 1211. qui ἀμηχάνους πλήθει τε καὶ ἀτοπίᾳ τερατολόγους φύσεις vocat. Cic. de N. D. 1, 38.: Quid interest, utrum de hippocentauro, an de deo cogitemus? Ad hanc normam somniorum interpretes hippocentauros, atque ejusmodi alia somniantibus oblata exigunt. Vide Artem. 2, 49. 4, 49. Sic illi veteres: nunc naturæ miraculorum periti dispiciant, an major habenda sit fides Plinio, qui H. N. 7, 3. hippocentaurum ex Ægypto in melle Romam allatam se vidisse asseverat. Deinde poni solet hæc vox de iis, quæ dissimili genere in unum congregantur ac coalescunt. Sic Chæremo Hippocentaurum fecerat, μικτὴν τραγῳδίαν ἐξ ἁπάντων τῶν μέτρων, teste Aristot. de Poët. 224. Victorius, eumque secutus D. Heins. Κένταυρον dederunt, quia eum in modum Athen. proferat 608. addens, ὅπερ δρᾶμα πολύμετρόν ἐστι, et 676. Ego nihil in Philosopho movendum censeo, ut qui minime dubitem, quin titulus ab hac metrorum varietate sit petitus: quo pacto Hippocentaurum dixeris, an Centaurum, perinde erit. Ad idem scriptum pertinet, quod tradit Aristot. de Poët. 252. Ἔτι δὲ ἀτοπώτερον, εἰ μιγνύοι τις αὐτὰ, (de metro heroico, jambico, et tetrametro fuerat locutus,) ὥσπερ Χαιρήμων. Illa μίξις ἄτοπος, qualis est hippocentauri, opinionem de titulo meam confirmat. Simili modo Noster in Bis Accus. 33. Dialogum querentem facit,

Ἱπποκενταύρου δίκην σύνθετόν τι καὶ ξένον φάσμα τοῖς A
ἀκούουσιν δοκῶ. Et in Fugit. 10. seu Lucianus, s. quis alius, non inficete quidem Sophistas traducit, velut hippocentaurorum genus quoddam, Σύνθετόν τι καὶ μικτὸν ἐν μέσῳ ἀλαζονείας καὶ φιλοσοφίας πλαζόμενον. De quibus quæ notat Cresoll. Th. Rh. 2, 1. si ad hæc adjungas, nihil erit magno opere, cur plura desideres."] Aristot. Rhet. 3. Καὶ γὰρ εἰς τὴν τραγικὴν καὶ ῥαψῳδίαν ὀψὲ παρῆλθεν. Athen. 6. Λιμῶδες γὰρ ὄντως ἡ ῥαψῳδία. Sunt qui ῥαψῳδίαν proprie dictam putent Homeri Poësin, in unum quasi corpus consutam, cum antea ejus membra divulsa a quibusdam circulatoribus poëtis recitarentur; et citatur e Luciano ῥαψῳδία τῆς Ἰλιάδος, [respicitur forte 1, 499. Ὅπερ καὶ ναυτιάσας ἐκεῖνος ἀπήμεσε τῶν ῥαψῳδιῶν τὰς πολλὰς αὐτῇ Σκύλλῃ, καὶ Χαρύβδει, καὶ Κύκλωπι, Schol. Ὅτι Γαλάτων ὁ ζωγράφος ἔγραψε τὸν μὲν Ὅμηρον ἐμοῦντα, τοὺς δὲ ἄλλους ποιητὰς τὰ ἐμημεσμένα ἀρυομένους,] ac testatur Eust. veteres Totam Homeri poësin eo nomine appellasse, sed videmus non solum Totam poësin ita inscribi, sed Singulos etiam libros. B
Quo crediderim respexisse Hesych. cum ῥαψῳδίαν esse dixit μέρος ποιήματος. Quam tamen signif. posteriorem esse puto. || Ῥαψῳδία est etiam Inanis loquacitas. Vide Suid. et Hes.

[Ῥαψῳδία. Hesych. Ῥαψῳδία· ἡ σύνταξις τῶν λόγων, ἢ λόγων * συρραφὴ, ἢ μέρος ποιήματος. "Συναφὴ Suid. (Ῥαψῳδία· φλυαρία, λόγων συναφὴ, ἀδολεσχία. Καὶ ῥαψῳδὸς, ἡ Σφίγξ, ἡ ῥάπτουσα τὰς ᾠδάς. Τὸ δὲ ὄνομα τοῦ ῥαψῳδεῖν καθ' Ὅμηρον, ἢ μεθ' Ὅμηρον ἦν ἄν. Σοφοκλῆς· Πῶς οὐχ, ὅθ' ἡ ῥαψῳδὸς ἐνθάδ' ἦν κύων, Ηὔδας τι τοῖσδ' ἀστοῖσιν ἐκλυτήριον; Περὶ τῆς Σφιγγός φησι. Cf. Schol. ad Ῥαψῳδὸς citatum.) Phot. (Ῥαψῳδία· φλυαρία, λόγων συναφὴ, ἀδολεσχία.) Et Lex. Ms. Bibl. Coisl. 475. (Ῥαψῳδία· φλυαρία λόγων, συναφὴ, ἀδολεσχία. Lege φλυαρία, λόγων συναφή.) Ut Theopomp. ap. Athen. 423. συνάπτειν τὸν λόγον. Bonum tamen et συρραφή." Albert. Etym. G.: Ῥαψῳδία· λόγων συναφὴ, φλυαρία. "Plut. 2, 514. Garrulus Εἰς τὰς ἑωλοὺς καὶ * πολυπατήτους περιϊὼν εἰσελαύνει ῥαψῳδίας τὸν λόγον." Jacobs. Anth. 12, 436. C
notante Schæf. Mss. Cf. Ῥαψῳδέω et Ῥαψῴδημα. J. Poll. 4, 52.: Τὰ δὲ ποιήματα, καὶ ᾠδαὶ, καὶ ᾄσματα, καὶ μέτρα, καὶ λόγοι ἔμμετροι, ἔπη, ἡρωεῖα, ἑξάμετρα, ῥαψῳδία. Glossæ: Ῥαψῳδία· Collecta, Collectanea.]

[Ῥαψῳδία. Zonar. Ῥαψῳδία· ἀπόκομμα ποιήματος, περιλαβὸν καὶ ἔχον ἐν ἑαυτῷ ὀλίγην τινὰ καὶ μικρὰν περιπέτειαν· περιπέτεια δέ ἐστιν ὑποθέσεως σύμπτωμα· ὡς ἡ α' Ὁμήρου ἔχει ὀργὴν Ἀχιλλέως, καὶ ἡ β' ἀπάτην ὀνείρου, καὶ ἡ γ' Ἀλεξάνδρου καὶ Μενελάου μονομαχίαν. Ἡ ῥαψῳδία ἐστὶ μέρος ποιήματος, ἐμπεριειληφός τινα ὑπόθεσιν. Παρὰ τὸ ῥάπτω καὶ τὸ ᾠδὴ γίνεται ῥαβδῳδία, καὶ τροπῇ τοῦ βδ εἰς ψ ῥαψῳδία. Grammaticus ad calcem Etymologici G. 680.: Τί ἐστι ῥαψῳδία; ποίημα ἐμπεριειληφὸς τινα ὑπόθεσιν. Καὶ ἄλλως· μέρος ποιήματος περιλαβὸν καὶ ἔχον ἐν ἑαυτῷ ὀλίγην τινὰ καὶ μικρὰν περιπέτειαν· ὡς ἡ α' ἔχει ὀργὴν Ἀχιλλέως, ἡ δὲ β' ἀπάτην ὀνείρου, καὶ ἡ γ' Ἀλεξάνδρου καὶ Μενελάου μονομαχίαν. Τί διαφέρει ποίησις, καὶ ποίημα, καὶ ποιητικὴ, καὶ ποιητής; ποίησις μὲν γὰρ λέγεται πᾶσα ἡ Ἰλιὰς, ἤγουν τὸ ὅλον βιβλίον τοῦ Ὁμή- D
[Εὐαγής. "Euripidis loco apte convenit (Arnaldi) interpretatio: ipsi voci convenire, fuerat ostendendum.' Εὐαγὴς si ducatur ab ἄγος, quid sit, notum est, quemadmodum ἀναγὴς, * δυσαγής. Si ab ἄγω, Duco, erit Agilis, Flexibilis: qua potestate capitur in Hippocr. Περὶ Διαίτ. 2. p. 363(=98. Καὶ γίνονται εὐαγέες οἱ ἄνθρωποι,) neque aliter HSt. intellexit Anth. 1. c. 60. Ep. 6. Χαίροιτ' εὐαγέες (μέλισσαι,) in Thes. Agiles apes, quod per aërem ferantur cito et facile, (v. Jacobs. Anth. 7, 156. 9, 58. ubi vertitur Leves.) Vel, Mobilis, Volubilis, ut in Aretæo p. 19. ὀφθαλμοὶ εὐαγέες, λαμπροὶ, exponi possunt, (et ut exposuit Maittair. in Ind.) licet Puros dederit Crassus, Wiganus Lucentes, quod vix perspicias, unde pendeat, nisi legisse, vel legi voluisse statuas εὐαυγέες. Junguntur tamen itidem ab Adamantio Physiogn. 9. (p. 349.) ὀφθαλμοὶ μεγάλοι τε, καὶ λαμπροὶ, καὶ εὐαγεῖς, cujus vice admodum vitiose εὐλαβεῖς Polemo (222.) præfert. Porro si ab ἄγω, ἄγνυμι, Frango, significabit Fragilem, Quique facile comminui possit. Quo pertinet Suidæ locus ita scr. Εὐαγές· εὐκόλως κεκλασμένον. (Vulgo legitur καλῶς. 'Imo potius ῥᾳδίως,' Kust. 'Scr. εὐκόλως. Certe hæc emendatio propius ad textum accedit, quam Kusteri ῥᾳδίως.' Schleusner. Mss.) et στάχυς εὐαγὴς, i. q. εὔκλαστος, εὔθραυστος, ap. Etym. v. Δημήτηρ. In his, sicuti linguæ norma postulat, penultima corripitur: aliis in locis eadem vox syllabam istam habet productam. Leonid. Anth. 6, 27. Ep. 6. Καὶ πέλεκυν, ῥυκάναν τ' εὐαγέα, καὶ περιαγὲς Τρύπανον, Parmen. ap. Clem. Alex. Str. 5. p. 732. καθαρᾶς εὐαγέος ἠελίοιο Λαμπάδος ἔργ' ἀΐδηλα: nimirum forma Dorica nascuntur ex εὐηγὴς et περιηγὴς, quorum illud rarissimum, alterum frequentatur pro Circumacto, Circumjecto, Rotundo, sæpe tamen quam proprie vim habeat obscurum est, qua de re nunc nihil amplius dicam. Singulare est, quod e Lex. Vet. Ms. Bibl. SGerm. (in Bekkeri Anecd. Gr. 337.) mecum communicavit Ruhnk.: Ἀγής· τοῦτο ἀπὸ συνθέσεως καταλείπεται τοῦ εὐαγὴς, ἢ παναγής. Ἐμπεδοκλῆς· "Αθρει μὲν γὰρ ἄνακτος ἐναντίον ἀγέα κύκλον. Pro παναγὴς, quod longe diversum est, melius scripsisset περιαγὴς, ut in illo versu proverbiali, quem suggerit Philopon. Περὶ Κοσμοπ. 179. Μηδ' ὅσον ὀφθαλμοῦ περιηγέα κύκλον ἑλίξαι. Vide Suid. in Εὐαγής. (Cf. Naek. in Ἀγὴς citatum.) Nunc investiga quantum libet, harum, quas notavi in εὐαγὴς, significationum quænam vel Æschyli verbis, vel Euripidis accommodari possit, nullam, ni fallor, invenies; at scripseris inserta litera εὐαυγῆ, omnis difficultas fuerit sublata; nam εὐαυγὴς, Locus illustris, vel, Qui undique conspici potest, vel Unde prospectus in vicina late patet. Ratio structuræ in ἕδρα παντὸς εὐαυγὴς στρατοῦ itidem expedita, quæ frustra quæratur in εὐαγής. Enimvero jam dudum vereor, ne εὐαυγὴς per culpam librariorum pluribus locis abierit in εὐαγὴς, (sic εὐαγὴς et εὐαυξὴς confunduntur, ut alibi docuimus.) In Jambl. certe Protr. p. 152(=360. Kiessl.) vice vulgati, Ἀφ' ὧν λαμπροτάτη τις εὐαγία καὶ * ἀδιάπταιστος περὶ τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα συνίσταται ἐξ ἁπάντων τῶν νοημάτων, καὶ νοητῶν, καὶ τῆς περὶ ταῦτα θεωρίας, Cod. Reines. quem ipse cum edito contuli, præfert * εὐαυγία, quod utique longe melius congruit cum λαμπροτάτη, et τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα, quam εὐαγία. (Kiessl. e Cod. Ciz. edidit εὐαυγία, de hac nota tacens.) Perinde se res habet in Platone de LL. 12. p. 989(=198.) Ἃ μαθοῦσι μὲν εὐαγέστερα (male in Ed. Bip. εὐαγέστερον) γίγνεσθαι, μὴ μαθοῦσι δὲ σκοτωδέστερα τὰ περὶ νόμους αὐτοῖς φαίνεσθαι καὶ ἀσαφῆ: Tim. 1065. Ἀέρος τὸ μὲν εὐαγέστατον, ἐπίκλην αἰθὴρ καλούμενος· ὁ δὲ θολερώτατος ὁμίχλη τε καὶ σκότος. Unde sumtum Jamblichi de Myst. 80. τὸ εὐαγέστατον καὶ ἄκρον τοῦ ἀέρος. Si tum juncta propinquæ, tum opposita contrariæ potestatis attente spectes, quid prius in mentem veniat quam opportunissimum εὐαυγής? Accedat Aristot. vel quicunque nomen ejus mentitus Auctor, de Mundo p. 14. Κόσμος—λαμπρότητι δὲ εὐαγέστατος. Vertit Apuleius: Splendore perlucidus. Quin clarius etiam causam nostram suffulcit diversa, quam Stob. suppeditat Ecl. Phys. 78. lectio, λαμπρότητι δὲ τηλαυγέστατος. In Parmenide quoque εὐαυγέος ἠελίοιο non sprevero. Pythagoreis autem in primis αὐγὴ et voces inde natæ placuerunt. Unico Theagis exemplo defungar ap. Stob. p. 11. Ὁ δὲ νόος ἐπ' ἄκρας τῆς κορυφῆς τοῦ σώματος ἱδρυμένος, καὶ ἔχων περιαυγέα καὶ διαυγέα τὰν ἔποψιν, μαστεύεται τὰν τῶν ἐόντων φρόνασιν. Jam neminem opinor fore, qui contendat, pro εὐαυγὴς Græcos vitandæ κακοφωνίας ergo solemni more pronuntiasse εὐαγής." T. H.]

[Εὐαγής. "Plato Epist. 2, 706(=312=67.) Τοῦτο δ' οὐκ εὐαγές μοι ἀπέβη." Gul. Adams in Mss. Soph. Œd. T. 931(≠911. Ἱκέτις ἀφῖγμαι τοῖσδε σὺν κατεύγμασιν, Ὅπως λύσιν τιν' ἡμὶν εὐαγῆ πόρῃς. Ubi Triclin. Ἤγουν ἵνα λύσιν εὐαγῆ τῆς παρούσης ἀνάγκης τοῦ Οἰδίποδος παρασχῇς, ἤγουν ἁγνὴν καὶ ἱεράν. Ἐναντίον δὲ τῷ εὐαγεῖ τὸ ἐναγές.) Εὐαγῶν ἔργων, Philo 609. Davis. ad Cic. de LL. 144. Andocides p. 13(=48.) Ὁ δὲ ἀποκτείνας τὸν ταῦτα ποιήσαντα καὶ ὁ συμβουλεύσας, ὅσιος ἔστω καὶ εὐαγής." Valck. Mss. Marini Procl. p. 29=89. Καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις ὁ εὐαγέστατος τρίτον ἄλλον περιγράψας τόπον, πάσαις ἐν αὐτῷ ταῖς τῶν ἀποιχομένων ἀνθρώπων ψυχαῖς ἀφωσιοῦτο. Hippocr. de Insomn. 107. Ἥλιον δὲ, καὶ σελήνην, καὶ οὐρανὸν, καὶ ἀστέρας, καθαρὰ καὶ εὐαγέα, κατὰ τρόπον ὁρώμενα ἕκαστα, ἀγαθά.]

[Εὐαγής. J. Poll. 1, 33. Καὶ τὰ πράγματα, τὸ μὲν, ἅγιον, καθαρὸν, ὅσιον, ἁγνὸν, εὐαγὲς, ἄχραντον. Hesych.: Εὐαγές· ἁγνὸν, καθαρὸν, εὐσεβὲς, ὅσιον, εὔοπτον, ἅγιον. Εὐαγοῦς· θειοτάτης. "Soph. Antig. 527(=519. Erf. Τίς οἶδεν, εἰ κάτωθεν εὐαγῆ τάδε;)" Wakef. ad marg. Schol. εὐσεβῆ: Gl. ap. Brunck. εὐαγῆ· ἀποδεκτὰ, εὐσεβῆ. Phot.: Εὐαγές· ἁγνὸν, εὐσεβὲς, ὅσιον, θειότατον. Εὐαγής· μεταφορικῶς κύκλος. Tittmanni Cyrill. Ms.: Εὐαγές· ἁγνὸν, εὐσεβὲς, ὅσιον, θειότατον. Zonar.: Εὐαγές· ἁγνὸν, εὐσεβὲς, ὅσιον, θειότατον. Γένους δὲ ἦν εὐαγοῦς. Suid.: Εὐαγές· ἁγνὸν, καθαρὸν, εὐσεβὲς, ὅσιον, θειότατον. Γένους δὲ ἦν εὐαγοῦς, οὐκ ἐπὶ δυνάμει τρυφώσῃ λαμπρυνομένου, οὐδὲ ἐπὶ χρημάτων περιουσίᾳ κολακικῇ.

Εὐαγής· καλῶς περιηγμένος, μεταφορικῶς κύκλος. Καὶ ἐν Ἐπιγράμματι (Antip. Sid. 79.) Πιερικὰν σάλπιγγα, τὸν εὐαγέων βαρὺν ὕμνων Χαλκευτὰν κατέχει Πίνδαρον ἅδε κόνις. "Prius distichon profert Suid. in Εὐαγής, et in Χαλκευτής. Utroque loco εὐαγέων legitur, quod etiam in Plan. et in Vat. Cod. habetur. Hanc lectionem, quam Toup. recte explicavit Emendd. in Suid. P. 3. p. 559(=T. 2. p. 366. Ed. 1790.) idem tentavit in Epist. Cr. 118(=T. 2. p. 580.) εὐαχέων corrigens, e Pind. Pyth. 3, 25. Εὐαχέα βασιλεῦσιν Ὕμνον. (Cf. Bos. Anim. ad Scriptt. Gr. 83.) Falsis ratiunculis hanc conjecturam convellere suscepit Koppiers. Obs. Philol. 89. cui respondet Toup. Cur. nov. 202(=T. 4. p. 70.) εὐαγέων et εὐαχέων pronuntiandum τρισυλλάβως: in utroque enim vocabulo α producitur, ut apparet e Leon. Tar. 28. Recte autem vulgatæ patrocinatur Brunck. docens, verba a fabrili arte traducta esse. Pindarum enim ὕμνων χαλκευτὰν dici; ut igitur poëta in eadem persistat metaphora, verius et elegantius epitheton excogitari non posse verbo εὐαγέων. Sunt autem ὕμνοι εὐαγέες Hymni bene tornati, ut est ap. Horat. A. P. 441. ubi vulgatæ lectioni, Et male tornatos incudi reddere versus, e nostro loco robur accedit contra Bentl. molimina. Nostrum ductum videri potest ex Aristoph. Eq. 527. τέκτονες εὐπαλάμων ὕμνων. Similiter locutus est Eurip. Andr. 477. Antip. Thess. 24. Πιερίδων * χαλκευτὸν ἐπ' ἄκμοσιν." Jacobs. Anth. 8, 74. Zonar.: Εὐαγής· καλῶς περιηγμένος, ἢ μεταφορικὸς (l. μεταφορικῶς e Suida) κύκλος. Εὐαγῶν· μεγάλων. "Spectatur Epigr. cujus fragmentum affert Suid." Tittm.]

[Εὐαγής. Callim. H. in Del. 98. εὐαγέων δὲ καὶ εὐαγέεσσι μελοίμην. "Non dubito quin cum εὐαγέων subaudiendum sit υἱοῖς, ut dicat, Sed curæ sim iis, quorum patres sancti fuerunt, et qui sancti sunt et ipsi. Possumus vero et Religiosi interpretari." HSt. "Præstat vertere Pii. Ovid.: Cura pii diis sunt, et qui coluere coluntur." Th. Græv. "Non accedo HStephano, qui voci εὐαγέων subaudiendum hic putat υἱοῖς, quasi dixerit poëta, Curæ sim iis, quorum patres sancti fuerunt, et qui sancti sunt ipsi, s. quod inde expressit Vulcan., Puri e puris mea numina curent. Apollinis nempe adhuc in Latonæ utero jacentis sunt hæc verba, quibus, ubi gravia Thebanis, ob repulsam ab eorum sedibus prægnantem Latonam, ut impiis fuisset ominatus, addit postremo, Ipse autem, sicut sanctus sum, sanctis etiam sim curæ. Εὐαγέων nempe ibi non plurale ab εὐαγής, (ut existimabat etiam Morell. Lex. Gr. Pros. v. Εὐαγής,) sed particip. a v. * εὐαγέω, Sanctus, vel, Pius sum. Imo cui geminus omnino, optimus proinde h. l. interpres, ap. coævum nostro Battiadæ Simichidem occurrit locus Idyll. 26, 30. ubi post discerptum a Thebanis mulieribus impium ac infelicem Pentheum, addit continuo poëta, Αὐτὸς δ' εὐαγέοιμι, καὶ εὐαγέεσσιν ἅδοιμι, Ipse vero sanctus fiam, et sanctis s. sancte agentibus placeam. Ita ceteroquin de Coryciis Nymphis, hunc Apollinem hymno et chorea celebrantibus, ait alius e Pleiade itidem poëta Argon. 2, 715. Λοιβαῖς εὐαγέεσσιν ἐπώμοσαν, Inter puras libationes conjurarunt, et sicut εὐαγέως pro Sancte s. Caste dixerat paulo ante v. 701. Quod vero ad Juliani Cæs. olim monui, male ibi εὐαγὴς pro ἐναγής, Sanctus nempe pro Impio s. Scelerato legi, id alibi etiam haud semel, aut vicissim, ἐναγὴς nempe pro εὐαγής, obvio utique in iis errore ν pro υ, aut contra factum. Sic ap. Soph. Œd. T. 670. ubi male τὸν ἐναγῆ φίλον in accuratissimis etiam Edd. legas, pro εὐαγῆ, Innocentem, Purum, (sed cf. nott. in Ἐναγής,) et sicuti ad eum critici ejusdem dramatis v. 941. λύσιν εὐαγῆ notant, ἤγουν ἁγνὴν καὶ ἱερὰν, ἐναντίον δὲ τῷ ἐναγεῖ τὸ εὐαγές. Simile etiam mendum in Psello de Dæm. 5. (Εἰ γὰρ κατὰ τὸν Σιμωνίδην, ὁ λόγος τῶν πραγμάτων εἰκών ἐστιν, ὡς εἶναι τὸν μὲν τῶν ὠφελίμων ὠφέλιμον, τὸν δὲ μὴ τοιούτων, οὐκ ἀγαθὸν, τί ἂν εἴη σοι χρηστὸν, ὅταν εὐαγεῖς εἰκονίζω λόγους; de hoc dicto cf. Bentl. Diss. Phalar. 191.) eluit Gaulmin. ubi nempe pro εὐαγεῖς λόγους, de Sermonibus impiis, ἐναγεῖς leg. monuit." Spanh. "Ineptissime Versio Latina superior explicat. Verum sensum primus commentato- A rum vidit Spanh. Sed ante viderat interpres Latinus Gulonius: Purus puris curæ ero." Ernest.]

"Εὐαγέως, Sancte, Pure, Rite. Apoll. R. 2, 699.) "εὐαγέως καίειν, Rite adolere:" [ἐκ δ' ἄρα πάντων Εὐαγέως ἱερῷ ἀνὰ διπλόα μηρία βωμῷ Καῖον, ἐπικλείοντες Ἑώϊον Ἀπόλλωνα: 3, 1203. Ἔνθ' ἤτοι πάμπρωτα λοέσσατο μὲν ποταμοῖο Εὐαγέως θείοιο τέρεν δέμας: 4, 1129. εὐαγέως ἐπιβώμια μῆλ' ἐρύσαντες. Oppian. H. 5, 416. Δελφίνων δ' ἄγρη μὲν ἀπότροπος, οὐδὲ θεοῖσι Κεῖνος ἔτ' ἐμπελάσειε θυτὴρ φίλος, οὐδέ κε βωμῶν Εὐαγέως ψαύσειεν, ὁμωροφίους δὲ μιαίνει, Schol. καθαρῶς. Hymn. Hom. in Cer. 274. PROSAICE autem dicitur Εὐαγῶς, quam formam usurparunt Eust. Od. A. p. 34. Bas.; et Philo J. 1, 4. Pfeiff. cujus hæc sunt verba: Τοῦ δὲ Θεοῦ πολλὴν ἀπραξίαν οὐκ εὐαγῶς κατεψεύσαντο. "Philo J. 2, 472." Wakef. Mss. ETIAM compos. * Πανευαγῶς, quod Boissonad. Mss. affert e Niceta Paphlag. p. 40. in Martyrum Triadi, edita a Combef. Par. 1666.]

[* Εὐάγεια, ἡ, Sanctitas. Jambl. V. P. 3. p. 10= B 36. Ὠφεληθεὶς οὖν παρὰ Θάλεω τά τε ἄλλα καὶ χρόνου μάλιστα φείδεσθαι, καὶ χάριν τούτου οἰνοποσίᾳ τε καὶ κρεωφαγίᾳ, καὶ ἔτι πρότερον πολυφαγίᾳ ἀποταξάμενος, τῇ δὲ τῶν λεπτῶν καὶ * εὐανοδότων ἐδωδῇ συμμετρηθεὶς, κἀκ τούτου * ὀλιγοϋπνίαν, καὶ * ἐπαγρυπνίαν, καὶ ψυχῆς καθαρότητα κτησάμενος, ὑγείαν τε ἀκριβεστάτην καὶ * ἀπαρέγκλιτον τοῦ σώματος, ἐξέπλευσεν εἰς τὴν Σιδόνα. "Ita recte Ciz. Verbum ἐπαγρυπνέω e Diod. S. 14, 68. Schneider. in Lexico suo consignavit. (Noster etiam Basilium et Lucian. attulit.) In Edd. Arc. et Kust. legitur vox corrupta * ἐπαγρίαν, pro qua jam Arc. et Scaliger ἀγρυπνίαν scr. esse censuerunt." Kiessl. cujus diligentiam effugerunt sequentia hæc loca. "Commendat ἀγρυπνίαν pro ἐπαγρίαν e conjectura Arcerii Kusterus. Etsi non omnino ego astipuler, non tamen quoque ita liquidum videtur, quomodo vox illa sit emendanda. Nisi nimis a ductibus mendosæ scripturæ recedat, mallem ἐπέγερσιν. Postea vero, ut antiquam lectionem pressius sectarer, conjeci εὐάγειαν. Infra Jambl. 17. p. 61. C δι' οὓς ἀγχίνοιά τε, καὶ ψυχῆς εὐάγειαι πᾶσιν ἐκ παντὸς ἐνεφύοντο. Nisi potius locum per literarum metathesin mederi satagis, ut ἐπαγρίαν pro * ἐπαργίαν irrepserit. Est autem ἀργὸς tum Velox, tum Tardus. Hinc ἐπαργία e vi præpositionis Summam agilitatem ac vigilantiam excitatiorem denotat, quem effectum suggerit tenuis victus, ac cibus modice sumtus, juxta medicorum filios. Infra 9. p. 36. Pythagoras διεκελεύετο κατὰ τὰς πράξεις ἀποδοκιμάζειν τὴν ἀργίαν, Jubebat insuper omnem a rebus gerendis ignaviam profligare." Ger. Horreus Anim. Sacr. Prof. 48. "Nisi festinasset adeo Kust., correxisset haud difficulter, καὶ ἔτι ἁγνείαν, quemadmodum infra (24.) n. 106. ἢ πρὸς καθαρότητα τῆς ψυχῆς καὶ ἁγνείαν. Poteris quoque καὶ εὐάγειαν, ut n. 107. (Καὶ ὅσα δὲ εἰς μαντικὴν ἐνεπόδιζεν ἢ πρὸς καθαρότητα τῆς ψυχῆς, καὶ ἁγνείαν, ἢ πρὸς σωφροσύνης ἢ ἀρετῆς ἕξιν, παρῄνει φυλάττεσθαι. Καὶ τὰ πρὸς εὐάγειαν δὲ ἐναντίως ἔχοντα, καὶ ἐπιθολοῦντα τῆς ψυχῆς τάς τε ἄλλας καθαρότητας καὶ τὰ ἐν τοῖς ὕπνοις φαντάσματα παρῃτεῖτο, ubi pro D ἁγνείαν Ciz. ἄγνοιαν: pro εὐαγίαν malit Schæf. * εὐαύγειαν, v. T. H. in Εὐαγὴς citatum, et locum ibi allatum ex ejusdem Jamblichi Protr., in quo reperitur * εὐαυγία, non εὐάγεια. Certe aliquid vitii subesse videtur. Vertitur:—Monebat etiam cavere ab iis, quæ facultatem divinandi, puritatem animæ, castitatem, sobrietatem, aut virtutis habitum impedirent. Denique respuebat cuncta sanctitati adversa, et tum ceteram animæ puritatem, tum oblatas in somno species obfuscantia.' Th. Taylori versio est hæc:—'He likewise exhorted them o abstain from such things, as are an impediment to prophesy, or to the purity and chastity of the soul, or to the habit of temperance, or of virtue. And lastly, he rejected all such things, as are adverse to sanctity, and which obscure and disturb the other purities of the soul, and the phantasms, which occur in sleep.' Posterior sententia ad ea, quæ intellectum hebetant, respicere videtur; prior autem ad ea, quæ ad animæ puritatem pertinent. Sed mirum est vocem καθαρότης in utraque sententia reperiri.) Et c. 17. p. 61.

Sed posteriorem hanc correctionem præcepit Ger. Horreus (l. c.)". Eldik. Suspic. Spec. 11. Jambl. l. c. 17. p. 61=154. Εἰ δὲ μετὰ τὸ ἐκ μορφῆς τε καὶ βαδίσματος, καὶ τῆς ἄλλης κινήσεώς τε καὶ καταστάσεως ὑπ' αὐτοῦ φυσιογνωμονηθῆναι καὶ ἐλπίδα ἀγαθὴν περὶ αὐτῶν παρασχεῖν, μετὰ πενταετῆ σιωπὴν, καὶ μετὰ τοὺς ἐκ τῶν τοσῶνδε μαθημάτων ὀργιασμοὺς καὶ μυήσεις, ψυχῆς τε * ἀποῤῥύψεις καὶ καθαρμοὺς τοσούτους τε καὶ τηλικούτους καὶ ἐκ ποικίλων οὕτω θεωρημάτων προσοδεύσαντες, δι' οὓς ἀγχίνοιά τε καὶ ψυχῆς εὐάγειαι πᾶσιν ἐκ παντὸς ἐνεφύοντο, δυσκίνητος ἔτι τις καὶ δυσπαρακολούθητος εὑρίσκετο. " V. προσοδεύσαντες libens obelo confixerim. Non solum enim nihil ad rem facit, sed etiam sensum et seriem orationis turbat, siquidem accusativi illi καθαρμοὺς etc. pendent a præcedenti μετὰ, nec ullo verbo ad sui constructionem opus habent. Deinde pro δι' οὓς, quod statim sequitur, lego δι' ὧν." Kust. " Schneidero in Lex. suo προσοδεύειν h. l. significare videtur, Instruere tanquam viatico. Quam viri egregii rationem meam facere non possum. In Ciz. est * προοδεύσαντες, pro quo si legas προοδεύσαντας, idque referas ad καθαρμοὺς, ut intelligantur Purgationes, quæ e theorematibus prodeant s. redundent, loco quodammodo consulueris." Kiessl. quem præteriit hæc Horrei l. c. 143. observatio:—Nec felix est Kust. in conjectura, ubi participium προσοδεύσαντες e textu exsibilandum judicat, utpote seriem orationis turbans. Maneat tamen necesse est, modo corrigas, προσοδεύσαντας, ut in structura cum καθαρμοὺς jungatur. Verto totum locum: Post tot ac tantas purgationes, quæque e tam variis theorematibus accesserant. (Rectius Kiessl. προοδεύσαντας.) Nescio cur maluerit v. cl. δι' ὧν. Reddo, Propter quæ, ut causam efficientem designet. Sc. διὰ cum accus. passim denotat Per, i. e. Propter, quando causam sine qua non exprimit, atque adeo causam remotiorem, efficientem, potissimum ubi de rebus sermo fit, non adeo de personis, ut h. l. atque hinc unice repetendum credo, quod passim annotarunt VV. DD. διὰ cum accus. aliquando valere quoque i. q. διὰ cum genitivo, Per. Hæ purgationes, ad præcedens enim καθαρμοὺς respicit illud δι' οὓς, in causa erant, quod ἐνεφύοντο ἀγχίνοιά τε καὶ ψυχῆς εὐάγειαι πᾶσιν ἐκ παντὸς sc. θεωρήματος, vel potius, καθαρμοῦ ἐκ τῶν θεωρημάτων. Quod autem ἀγχ. τ. κ. ψ. εὐάγ. reddidit Interpres, Solertia mentis animæque sanctitas, non omnino rejicio; sedet autem mihi, velle fere Jamblichum per v. εὐάγεια Bonam ac felicem intendere agilitatem, i. e. Agendi facultatem, quæ supra c. 28. τὰ τῶν ἀρετῶν ἔργα αὐτοῦ. Nisi quis malit Animæ felicitatem ac beatitudinem, ubi res bene agitur cum anima. Plurali autem numero εὐάγειαι videtur Auctor respicere, varias ac singulas animæ actiones, diversaque ac plurima harum objecta, quæ vel ingenio, vel judicio, vel voluntati obversantur. Confirmor in emendatione, quam superius proposui, p. 48. ubi in Jambl. pro ἐπαγρίαν reponendum conjiciebam εὐάγειαν, quod exprimit, Bonam ac felicem operandi agilitatem, corporis sc.; nam cum ὀλιγοϋπνίαν jungitur, additurque, ψυχῆς καθαρότητα, quo innuitur Animæ puritas, a corporis colluvie superflua, vaporibusve ipsius, atque halitibus obscuris, cerebrum ac mentem obnubilantibus, quando purificatio fit mentis ab affectibus pravis, e corporis mole redundantibus."]

Εὐάγητος, ὁ, ἡ, Purus, Splendidus. Aristoph. Nub. ipsis nubibus tribuit δροσερὰν φύσιν εὐάγητον, quod Suidas exponit καθαρὰν et λαμπράν: Schol. autem, non solum λαμπρὰν, sed et πανταχοῦ φερομένην, secundum quam expositionem erit ab εὖ et ἄγω, ut et de εὐαγὲς dictum est: in altera autem signif. sunt qui ab αὐγὴ deducant. [Zonar.: Εὐάγητον· καθαρὰν, λαμπράν. Ἀριστοφάνης (Nub. 277.) Δροσερὰν εὐάγετον φύσιν. De Aristoph. loco vide quæ scripserunt Bentl. Reisk. Brunck. Ernest. et Hermann. " Dicitur εὐαγὴς et εὐάγητος, ut περιηγὴς s. περιαγὴς et περιάγητος, de quo VV. DD. ad Hesych. et Pollucem. Atque hinc vindicandus Aristoph. Nub. 276. loco vexatissimo, sed minus intellecto: Ἀέναοι Νεφέλαι Ἀρθῶμεν(,) φανεραὶ, (dele comma,) Δροσερὰν φύσιν εὐάγητον. Ubi aliud leg. monet Bosius, aliud Bentl. noster. Sed utrumque verbi ratio fefellit. Fluit ab antiquo * ἠγεῖν. Hinc ἡγεῖσθαι, ἥγησις, ἥγημα, ἡγητὸς s. ἀγητὸς, et si quæ alia ejusdem familiæ vocabula. Recte exponit Schol. πανταχοῦ φερομένην. Sed proculdubio vera lectio est εὐάγητοι: Νεφέλαι Δροσερὰν φύσιν εὐάγητοι. Quod rotundius. Huc facit Judas in Epist. 12. Νεφέλαι ἄνυδροι ὑπὸ ἀνέμων περιφερόμενοι. Ceterum, quia mentio hic incidit antiqui verbi ἠγέειν s. ἠγεῖν, nequeo mihi temperare, quin alterum verbum ejusdem formæ et ætatis in lucem revocem; quod nobis conservavit, et solum conservavit, monumentorum omnium, quæ hodie leguntur, antiquitate et elegantia longe spectatissimum, Marmor Sigeense: Ἐὰν δέ τι πάσχω, μελεδαίνειν δέω Σιγειεῖς. Ego vero, si quid patiar, precor, ut mei curam habeant Sigeenses. Hæc mens Phanodici, s. statuæ Phanodici, est, quam minus perspectam habuerunt VV. DD. Idem autem δέω et δέομαι, ut ἠγέω et ἡγέομαι. Hoc recentiorum, illud antiquiorum. Nihil verius hac lectione." Toup. Emendd. 2, 366. " Wakef. Ion. 902." Schæf. Mss.]

Παναγὴς, έος, ὁ, ἡ, Omnino sanctus, vel purus, Sanctissimus, Purissimus, Hes. Apud Suid. παναγεῖς γυναῖκες. Ετ Παναγὶς, ίδος, ἡ, Dies sacra, VV. LL. Ετ Παναγιστίας Hes. exp. * παναγίας.

[Παναγής. Vide Ἄγος. Hesych.: Παναγής· καθαρὸς, κατὰ πᾶν ἁγνός. " Forte ἅγιος, ut supra. Hesych. Παναγῆ· καθαρὰ, ἅγια. (Sed vulg. tuetur Photius: Παναγής· ὁ κατὰ πάντα ἁγνός.) Max. Tyr. 30, 4. Φοβερὸς γεωργὸς οὐδενὶ, πολέμιος οὐδενὶ, φίλος πᾶσιν, ἄπειρος αἵματος, ἄπειρος σφαγῆς, ἱερὸς καὶ παναγὴς θεῶν ἐπικαρπίων, καὶ * ἐπιληναίων, καὶ * ἀλώων, καὶ * προηροσίων." Toup. Emendd. 3, 399. " Repone hoc Orph. Hymn. 9, (1. Ὦ Φύσι * παμμήτειρα θεὰ, πολυμήχανε μῆτερ, Οὐρανίη, πρέσβειρα, * πολύκτιτε δαῖμον, ἄνασσα, Πανδαμάτωρ, ἀδάμαστε, κυβερνήτειρα, παναυγής.)".—Wakef. ad marg. Imo istud παναγὴς contra metrum legeretur; nam penultima brevis est. Phot.: Παναγές· καθαρόν. Ἄγος γὰρ, καὶ ἁγνεία, καὶ μύσος, κατὰ ἀντίφρασιν. Suid.: Παναγές· καθαρόν. Ἄγος γὰρ, καὶ ἁγνεία, καὶ μύσος, κατ' ἀντίφρασιν. (Hellad. Chrestom. 22. Ὅτι τὸ μὴ λέγειν δύσφημα πᾶσι τοῖς παλαιοῖς μὲν φροντὶς ἦν, μάλιστα δὲ τοῖς Ἀθηναίοις. Διὸ καὶ τὸ δεσμωτήριον οἴκημα ἐκάλουν· καὶ τὸν δήμιον, κοινόν· τὰς δὲ Ἐριννύας, Εὐμενίδας ἢ σεμνὰς θεάς· τὸ δὲ μύσος, l. μύσος, ἄγος· τὸ δὲ ὄξος, μέλι· καὶ τὴν χολὴν, γλυκεῖαν· τὸν δὲ βόρβορον, ὀχετόν. Οἱ δὲ γραμματικοὶ τὰ τοιαῦτα κατὰ ἀντίφρασιν ὀνομάζουσιν· οἶδα δέ τινας, φησὶ, τῶν φιλολόγων καὶ τὸν πίθηκον ὀνομάζοντας * καλλίαν.) Ἡ δὲ ἔθει, καὶ πᾶσαι μετ' αὐτῆς ἀῤῥηφόροι καὶ παναγεῖς γυναῖκες, καὶ πολὺν χρόνον ἔκπληξις αὐτοὺς κατεῖχε, καὶ σκότος. Forte h. l. e Dinarchi Or. c. Pytheam sumtus est. Vide Nostrum in Ἀῤῥηφόρος. J. Poll. 1, 14. Οἱ δὲ τῶν θεῶν θεραπευταὶ,—παναγεῖς, πυρφόροι: 35. Ἱέρειαι, παναγεῖς, πυρφόροι: 6, 162. de compositis a παν, Πανσέληνος, παναγές: 9, 29. Καὶ οἱ τούτοις ἐφεστηκότες, τελῶναι, ἐκλογεῖς, ἐλλιμενισταὶ, δεκατηλόγοι, ὡς Δημοσθένης· ὡς δὲ Ἀναξίλας ἐν Γλαύκῳ, δεκατῶναι· εἰκοστολόγοι, πεντηκοστολόγοι, καὶ πεντηκοστολογεῖν ἐν Φιλωνίδου Κοθόρνοις, ἔστιν εἰρημένον· παναγεῖς γενεὰν, πορνοτελῶναι, Μεγαρεῖς, δεινοὶ, πατραλοῖαι. " Recurre ad 7, 202. ubi suos Philonidæ Cothurnos e Ms. Falck. restituimus feliciter, ut opinor. Sed quid h. l. faciamus, qui certe a mendo male se habet? juvero, ni fallor, mutata parumper distinctione: post πεντηκοστολογεῖν pone punctum; tum deinde hæc subjicit Pollux, ἐν Φιλων. Κοθ. ἔστιν εἰρημένον, παναγεῖς etc. ita ut iste locus, παναγεῖς γενεὰν etc. e Philonidæ Cothurnis sit petitus, adeo ut amplius non sit opus cum Interpretibus nostris anquirere, unde et e qua Comœdia sit iste locus: et firmant hæc, si contuleris, dicto superius loco a nobis factam emendationem, et invicem hæc firmantur ab istis. Salmasius vero cum hic notat Aristophaneum esse versum, non tam voluit, ut quidem puto, indicare ex Aristoph. eum esse petitum, sed modulum simpliciter versiculi indicavit. In ipsis autem Philonidæ verbis

comma tollebat post δεινοὶ Kuhn. sed haud est opus." T. H. "Ista παναγεῖς γενεὰν, πορνοτελ. me male morantur. Hic sane περὶ κακισμοῦ publicani nondum agit, sed mox s. 32. Et putem hæc ex aliquo Comico desumta. Certe πορνοτελῶναι supra allatum fuit ex Hermippi Κοθόρνοις 7, 202.; πορνικοῦ τέλους mentio ap. Æsch. c. Timarch.; et hic Philonidæ Cothurni citantur. Quæ res facit, ut locum et mutilum et mendosum hic suspicer. Juvabunt ingeniosi. Mihi γενεαὶ videtur legendum: alias nil juvo. Παναγεῖς etiam alias in meliorem partem usurpatur, ut supra 1, 14. et 35. hic pro Sacerrimo accipiendum videtur. Sed abrumpo me ex his tricis." Jung. "Haud certe quæsiveris immerito de loci sensu? quid enim per γενεὰν intelligas? neque vero significatio planior fuerit, si cum Jung. legeris γενεαί. Nil mihi videtur facilius, quam ut γενεὰν eo sensu capiamus, quo occurrit in Evangeliis, ut cum Christus ad Pharisæos dicit, eos esse γενεὰν πονηράν: Perversam generationem habet Vulgatus. Ita hic τελῶναι παναγεῖς γενεὰν, Hominum natio scelesta ac B execranda, et sic maluero γενεαὶ cum acutissimo Jung.: illa vero vocis γενεὰ notio non equidem in bonis scriptoribus usu trita est." T. H. Non omnino insolitus est usus τοῦ παναγὴς pro Sacerrimo, ut existimabat Jung. Nam Routh. Mss. affert e Gregor. Neoc. 53. Ἀλλὰ γὰρ οὐδ' εἰ ὅλον ἐμαυτὸν, μὴ οἷος μὲν νῦν εἰμὶ βέβηλος καὶ ἀκάθαρτος, ἀναμεμιγμένος καὶ πεφυρμένος παναγεῖ, καὶ ἀκαθάρτῳ κακῷ, κ. τ. λ. Dionys. Areop. de Cœl. Hier. 7., Παναγεστάτης καθάρσεως. "Ad Dionys. H. 2, 1248. 3, 1726. 1865. Manetho 4, 120. (ἰδὲ ψευστῆρας ἀθέσμους, Καὶ παναγεῖς, ὄλβου τε *ποθήτορας ἀλλοτρίοιο, ubi vertitur Sceleratos.)" Schæf. Mss. "Plut. 2, 286. (Παναγεῖς παρθένοι, 1, 541. Reisk.) Julian. 160. (Ὥστε ἐμπίπτει κατὰ τῆς ἱερωμένης τὴν παναγεστάτην ἱερωσύνην παρθένου, δεινὴ καὶ ἄδικος ὑποψία.)" Wakef. Mss. "Ælian. ap. Suid. v. Βδελυρός: Καὶ ἥ γε πασῶν βδελυρωτέρα καὶ τὸν παναγέστατον παρθενῶνα τῶν ἑαυτῆς ἐνέπλησε κακῶν.)" Valck. Mss.]

C Ἐξάγιστος, ὁ, ἡ, Scelestissimus, Impurissimus. Habet enim quandam superlativi formam, meo judicio: unde et λίαν ἐναγὴς a Suida exponitur. Et cum nomine superlat. jungitur a Demosth. in Aristog. (798.) Τοὺς δὲ πονηροτάτους καὶ τοὺς ἐξαγίστους ὀνομαζομένους τάς γε συμφορὰς σωφρονίζειν λέγουσι. Jungitur tamen et cum positivo: ut ap. Æschin., Λιμὴν ὁ νῦν ἐξάγιστος καὶ ἐπάρατος ὠνομασμένος, Sceleratus portus et nefastus, inquit Bud. Sic ap. Eund. (505.) Τῶν ἐξαγίστων καὶ ἐπαράτων χρημάτων. Quinetiam præpos. ἐξ significationem intendere videtur. Exponitur et ἀκάθαρτος atque πονηρὸς ab eod. Suida, ap. quem legimus ἐξάγιστον ἡδονὴν, et, Τὸ ψεῦδος ἀπεστρέφετο καθάπερ ἄλλό τι τῶν ἐξαγίστων. Citatur et e Plut. in Public. (1, 391.) Πρὸς πατέρα Βροῦτον υἱῶν ἐξάγιστα κατηγορεῖν.

["Ἐξάγιστος, Dionys. H. 2, 1247. (Ἐὰν δέ τις τῶν ἀπηγορευμένων τι ποιήσῃ, ἐξάγιστος ἔστω, καὶ τὰ χρήματα αὐτοῦ Δήμητρος ἱερά.) Musgr. Iph. T. 259. Cattier. 102." Schæf. Mss. Soph. Œd. C. 1526. Ἃ δ' ἐξάγιστα, μηδὲ κινεῖται λόγῳ, Αὐτὸς μαθήσει, κεῖσ' D ὅταν μόλῃς μόνος. Schol. Ἐξάγιστα· καθαρὰ, σημαίνει γὰρ τοῦτο καὶ τὸ ἁγνόν. Ἐνταῦθα οὖν ἐξάγιστα, ἀντὶ τοῦ, ἁγνὰ καὶ μὴ οἷά τε ῥηθῆναι· καὶ ἐπὶ τούτου γὰρ αὐτῷ χρῶνται πολλαχοῦ. "Sacer, Arcanus, Qui e templis non removeri debet. Vide Hesych. (Ἐξάγιστα· πάντα τὰ ἱερὰ καὶ ἀφωσιωμένα, ἃ οὐχ οἷόν τε ἐκκομίζεσθαι τῶν ἱερῶν, ἔνιοι δὲ ἁγνὰ ἀπέδοσαν.)" Gul. Adams in Mss. "Num leg. τὰ μὴ ἱερὰ, et ἃ οὐχ ὅσιον εἰσκομίζεσθαι εἰς τὸ ἱερόν? (cf. Hesych. Ἐξάγιστον· τὸ οὐ δεόντως εἰσενεχθὲν εἰς ἱερὸν, ἢ τὸ ἀκάθαρτον.) Sed ἐξ videtur in hac voce ἔντασιν significare, Valde sancta." M. Meibom. Hesych.: Ἐξάγιστος· ἀκάθαρτος, πόρνος. "Cyrill. Lex. Ms. Ἐξάγιστος· πονηρὸς, ἀκάθαρτος." Albert. Tittmanni Cyrill. Lex. Ms.: Ἐξάγιστος· μυσαρός. Suid.: Ἐξάγιστος· ἀκάθαρτος, ἢ πονηρός. Ὁ δὲ τὸ ψεῦδος ἀπεστρέφετο, καθάπερ ἄλλο τι τῶν ἐξαγίστων. Καὶ αὖθις· Διὰ τὴν ἐξάγιστον ἡδονὴν καθάπαξ οἱ θηλυδρίαι τριχοπλάσται πάντες εἰσίν. "Fragm. hoc legitur ap. Synes. Enc.

A Calv. 85. unde pleniorem ejus sensum pete." Kust. Cf. Suid. v. Κότυς, ubi idem Fragm. sic legitur: Ἀλλὰ διὰ τὴν ἐξάγιστον ἡδονήν· καθάπαξ οἱ θηλυδρίαι τριχῶν πλάσται πάντες εἰσί. Suid. Ἐξάγιστος· ἀντὶ τοῦ λίαν ἐναγὴς, Αἰσχίνης δὲ ἐπί τινος λιμένος εἴρηκε τοὔνομα. Zonar.: Ἐξάγιστος· μυσαρὸς, ἔξω τῶν ἁγίων. Etym. M.: Ἐξάγιστος· ἀκάθαρτος, ἢ πονηρὸς, Αἰσχίνης δὲ ἐπί τινος λιμένος εἴρηκεν. Harpocr.: Ἐξάγιστος· ἀντὶ τοῦ λίαν ἐναγὴς, καὶ ἔμπλεως ἄγους. Αἰσχίνης ἐν τῷ Κατὰ Κτησιφῶντος, ἐπί τινος λιμένος εἴρηκε τοὔνομα. J. Poll. 1, 21. Νεωτεριστὴς περὶ τὸ θεῖον, ἐναγὴς, ἐξάγιστος, βέβηλος, θεοβλαβής: 33. Τὸ δὲ ἐναντίον, ἐναγὲς, ἐξάγιστον, *δυσαγὲς, μιαρὸν, παμμίαρον, μίασμα, μῦσος, (l. μύσος:) 5, 130. Τάχα δ' ἂν τῷ ἐπαράτῳ προσήκοι καὶ ὁ ἐξάγιστος. Gregor. Naz. in Julian. 53. Καὶ οὔπω προστέθεικα, ὅτι τῶν σεσωκότων τὸν ἐξάγιστον, ἡνίκα τὸ γένος αὐτῷ πᾶν ἐκινδύνευε, καὶ διὰ κλοπῆς ὑπεξαγαγόντων εἷς οὗτος ἦν: 95. Ἔνθα δὲ οἱ τέμενος ἄτιμον, καὶ τάφος ἐξάγιστος, καὶ (ναὸς) ἀπόπτυστος, καὶ οὐδὲ θεατὸς εὐσεβῶν ὄψεσι, ubi Schol. B Τὸ ἄγος πάντοτε ἐπὶ κακοῦ λαμβάνεται, τοῦ μύσους· ἁγιστείαν δὲ, καὶ ἁγιστεύειν, ἐπὶ τοῦ καθαροῦ καὶ ἁγίου. Ἁγιστεύει, ἀντὶ τοῦ καθαρεύει. Glossæ: Ἐξάγιστος· Impurus. Plura vide in Ἐξαγίζω.]

[*Τρισεξάγιστος, ὁ, ἡ. "Const. Manass. Chron. 89. c. (Οὗτος ὁ τρισεξάγιστος ἐξήγαγε τοῦ βίου Τὸν Στέφανον τὸν ἱερὸν, τῶν μοναστῶν τὸ στέφος.)" Boissonad. Mss.]

[*"Ἀναγίζω, i. versetze unter die Heroen. S. über die Bedeutung dieses Wortes, und die Sitte die treffliche Anmerkung des unerreichten Is. Casaub. zu Sueton. Cæs. 88. welche nur aus der vollkommenen Durchschauung des ganzen Alterthums so vollendet hervorgehen konnte." Fr. Gul. Valent. Schmidt. in libro, cui titulus, Tausend Griechische Wörter, welche in den Wörterbüchern von J. G. Schneider und F. W. Riemer fehlen, p. 12. Ἀναγίζω in Casauboni nota vitium est typographicum, ut intellexit Ruhnk., pro ἐναγίζω. Vide nostra in Ἐναγίζω.]

[*Δυσαγὴς, έος, ὁ, ἡ, Male sacer, Scelestus. Ma- C netho 5, 179. Ἀράμεναι παλάμαις ὑπὸ τύμπανα φάσγανον ὀξὺ Μιμοῦνται δυσαγῆ *Κυβεληΐον ἔνθεον Ἄττιν. "Agnoscisne poëtæ artificium Gallorum furiosos motus suorum versuum rhythmo adæquantis, et tantum non oculis auribusque ingerentis? Deturparant pulcerrimos hos versiculos duæ maculæ; editum enim δυσαγὴν, (quod, a Morellio in Lex. suum Gr. Pros. translatum, Maltbius nuper repetiit, p. 1108.) et lectio elegantissima Codicis ἀράμεναι erat mutata in ἀράμενοι a V. D. tum parum secum reputante, quam sæpe auctores de Gallis, ut feminis, loquantur. N. Heins. ad Ovid. Her. Ep. 4, 48. multa et alias exempla sistit. Vide Nostrum 4, 590." Dorv. ad Char. 763=667. J. Poll. 1, 33. Ἐναγὲς, ἐξάγιστον, δυσαγὲς, μιαρὸν, παμμίαρον, μίασμα, μῦσος, l. μύσος. Cels. ap. Orig. c. Cels. 7. p. 373.: Οὐδὲ γὰρ Σκύθαι τοῦτο, οὐδὲ Λιβύων οἱ Νομάδες, οὐδὲ Σῆρες οἱ ἄθεοι, οὐδ' ἄλλα ἔθνη τὰ δυσαγέστατα καὶ ἀνομώτατα. "T. H. ad Eurip. Suppl. T. 3. p. 351. Lips. (in Ἄγος citatus.)" Schæf. Mss.]

[*Ἐξαγίζω. Æsch. Agam. 624. Πολλοὺς δὲ πολλῶν ἐξαγισθέντας δόμων, ubi Schol. ἐξορισθέντας. Vertit Stanl. Multos vero multis exterminatos ædibus, Ms. Eliminatos. "Tragice dicitur de mortuis, qui Orco consecrati, ut piaculares victimæ, ab ædibus exulant. Interpretes non sunt assecuti participii vim; et hic commode τυχεῖν ἀπὸ κοινοῦ repeti potest. Alias ἐξαγισθέντας est pro verbo." Pauw. "Recte vim verbi explicuit Pauw. ad quod tamen repetendum est non τυχεῖν, sed φέρων, Nuntians s. Referens." Butler. "Sed h. l. nihil aliud valere puto ἐξαγισθέντας δόμων, quam ἐκ δόμων ἁγισθέντας, i. e. Combustos, vel Ad parentalia elatos." Blomfield. "Ἐξαγίζειν primum est Sacris arcere, deinde Exterminare, h. l. autem Vita ejicere s. Occidere." Schutz. "Ante omnia notandum venit v. ἐξαγισθῆναι, mihi non alibi lectum, cujus propria et primaria notio videtur, A sacris arceor; ut τοῦ ἁγίζομαι, Sacrorum sum particeps, Ad sacra admittor: deinde generalior illa, quam agnoscit Schol. Hinc

* ἐξαγιστέος et * ἐξαγιστὸς, Dignus, qui prohibeatur a sacris, Scelestus, Impius, quod cum, ut videmus, purum putum est verbale, signandum accentu in ultima sede, non tertia, quod adhuc obtinuit, errore non aliunde prognato, quam e Grammaticorum ignorantia, qui, obliterata cum verbi, verbalis quoque memoria credidere esse adjectivum; quin fere superlativum, in quo errore H. St. Thes. quo proclivius prolabi quodammodo necesse fuit, quia non de homine tantum, sed et rebus invenirent usurpatum. Hesych. Ἐξάγιστον· τὸ οὐ δεόντως εἰσενεχθὲν εἰς ἱερὸν, ἢ τὸ ἀκάθαρτον. Quæ explanatio ut quam proxime accedit ad nativam virtutem; sic turpior ejusdem est hallucinatio: Ἐξάγιστα· πάντα τὰ ἱερὰ καὶ ἀφωσιωμένα, ἃ οὐχ οἷόν τε ἐκκομίζεσθαι τῶν ἱερῶν, ἔνιοι δὲ ἁγνὰ ἀπέδοσαν. Dicerem hæc non ipsius esse Hesychii, sed assuta a recentiore quopiam, nisi verba postrema manu quasi nos ducerent ad Soph. Œd. C. 1595. Ἃ δ' ἐξάγιστα, μηδὲ κινεῖται λόγῳ, Αὐτὸς μαθήσει, κεῖσ' ὅταν μόλῃς μόνος. Ubi quod vett. Critici eidem errori sint affines, non video, quid patrocinii Hesychio paratum sit. Scribunt hi: Ἃ δ' ἐξάγιστα· καθαρὰ, σημαίνει γὰρ τὸ ἄγος τοῦτο, καὶ τὸ ἁγνὸν, καὶ μὴ οἷόν τε ῥηθῆναι, καὶ ἐπὶ τούτου γὰρ τούτῳ χρῶνται πολλαχοῦ. (Scholia illa sic edidit Brunck. Ἐξάγιστα· καθαρά. Σημαίνει γὰρ τοῦτο καὶ τὸ ἁγνόν. Ἐνταῦθα οὖν ἐξάγιστα, ἀντὶ τοῦ, ἁγνὰ, καὶ μὴ οἷά τε ῥηθῆναι. Καὶ ἐπὶ τούτου γὰρ αὐτῷ χρῶνται πολλαχοῦ.) Quasi nempe et ἀντὶ τοῦ καθαρὰ usquam extaret alibi; vereor equidem ut probetur. Sed scilicet non videbant boni Grammatici negationem semel positam repetendam cum τῷ ἐξάγιστα. Eurip. Andr. 398. Οὐκ ἐξικμάζω καὶ λογίζομαι κακά: Iph. T. 1367. Κεῖνοί τε γὰρ σίδηρον οὐκ εἶχον χεροῖν, Ἡμεῖς τε, Æsch. Agam. 541(=515. Blomf.) Πάρις γὰρ, οὔτε συντελὴς πόλις, Ἐξεύχεται τὸ δρᾶμα τοῦ πάθους πλέον, ubi v. Schol. et Stanl. Adde Duker. ad Thuc. 8, 99. et nos ad Pers. 162. De v. ἐξάγιστος vide quoque Suid. Harpocr. et Etym. M. qui quem ex Æschine portum memorat ἐξάγιστον, leges Or. in Ctesiph. 66. sub princ. iterumque in fine." Abresch. Anim. ad Æsch. 327.]

Ἅγιος, Sanctus, ut ἁγιωτάτη νήσων, Callim. H. in Del. (275.) Plut. in Probl. Τῇ δὲ τιμῇ ποιοῦσιν αὐτὸν ἱερὸν, καὶ ἅγιον, καὶ ἄσυλον, ubi ἱερὸν καὶ ἅγιον, pro Sacrum et Sanctum ponit, quod vocabulo composito Latini Sacrosanctum appellant; et hoc nomen exprimere fortasse voluit Plut., de Romanorum tribuno hic loquens. Ἅγιος feminino genere dixit Isocr., pro ἁγία, i. e. Sancta, in Hel. Enc. θυσίας ἁγίους καὶ πατρίους, si modo caret mendo locus. Ceterum Etym. vult ἅγιος ab ἅζω esse, a quo factum sit ἄζιος, deinde ἅγιος. Sed ab ἅζω fieri fatendum est, immediate ab eo fieri negandum est; nam ex ἅζω fit ἄγος, ex ἄγος autem ἅγιος, et ἁγνός. Quod posterius tamen minus usitatam formationem habet, quam non considerans Orio inepta quædam de alia hujus vocabuli origine attulit: ut in eo dicetur.

Ἅγιος ab Hes. exp. etiam καθαρὸς, Purus: et σεβάσμιος, Venerandus s. Venerabilis: et εὐσεβὴς, Pius, Pietatem colens. Idem ἅγια in plur. neutro exponit τίμια, h. e. Honorata, s. Honorabilia.

Ἅγιον, τὸ, Substantive positum: ut ἅγια ἁγίων, Sancta sanctorum, Locus templi sanctissimus. Sic Auctores Ecclesiastici appellarunt, secuti LXX. Interprr. Gregor. Οὕτω μὲν οὖν τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, ἃ καὶ τοῖς Σεραφὶμ συγκαλύπτεται, κ. τ. λ. Apud D. Paul. ἅγια etiam dicitur pro ἅγια ἁγίων.

[" Ἅγιος, unde? Ruhnk. ad Tim. 12. I. q. μιαρὸς, ibid. 13. (Vide Ἄγος.) Valck. Phalar. p. xxi. ('P. 280. Ταῖς ἁγιωτάταις θεαῖς, e usu veterum rectius scripsisset ἁγνοτάταις.') Ad Herod. 722. Rarissime ab Atticis, nunquam, credo, a Tragicis adhibetur, Porson. Med. p. 60. b." Schæf. Mss. Aristoph. Av. 522. Οὕτως ὑμᾶς πάντες πρότερον μεγάλους, ἁγίους τ' ἐνόμιζον. "Ms. Vat. U. καλοὺς τ' ἐνόμιζον." Kust. "Hinc olim conjeci scribi posse μεγάλους τε καλούς τ' ἐνόμ." Beck. Ἅγιος est in Æsch. Suppl. 865., sed vide Butleri Nott. critt. "Ἅγιος olim vox μέση, Eust. Il. A. p. 1492, 23. ut Sacer. (Vide Ἄγος.) Diod. S. 1, 379. (Ἔστι δ' ἐν Καστάβῳ τῆς Χερρονήσου ἱερὸν ἅγιον * Ἡμιθέας:) 388. Ἔστι δὲ καὶ νῦν ἔτι περὶ τὰς πηγὰς ταύτας ἱερὸν ἅγιον τῆς θεοῦ ταύτης.) Polyæn. 793. Sæpe Herod. 105, 46. et ante: ad Herod. 534. Xenoph. 287. ('Ἅγιος, Sanctus, Hist. 3, 2, 14. ἱερὸν μάλα ἅγιον.' Lex. Xenoph.) Νηὸν Ἥρης ἅγιον, Lucian. 3, 459. (vox in Indice Lucianeo non legitur.) Pausan. et alibi, et p. 140. ἱερὸν ἁγιώτατον ἐκ παλαιοῦ: emend. p. 271. (Nihil ibi, quod emendari possit, reperimus. An V. D. respexit ad p. 272. ubi mentio fit τῆς Ἀθηνᾶς * Ἀσίας? Sed hoc parum probabile.) Elsner. 2, 85. Aristid. 1, 321. ἱερὸν Ἀ. ἅγιόν τε καὶ ὀνομαστόν. Ælian. V. H. p. 22. νεὼς σεμνός τε καὶ ἅγιος. Eunap. 121. domus ἱεροῦ τινὸς ἁγίου διέφερεν οὐδέν." Valck. Mss.]

[Ἅγιος. "1. Hæc est verbum ἁγιάζειν ab origine derivandi facillima norma: * ἄγω, ἄγος, ἅγιος, ἁγία, ἁγιάζω, ἡγιασμένος, propr. Sanctus. Illud enim Latinum contractum e Sancitus a v. est Sancio, quod a vetustiori Sacio vel Saco, unde Sacer. Sacio proxime oritur a Gr. ἅζω, quod idem ac ἄγω. Forma Media Ἅζεσθαι, Venerari, Homero frequentatur. Nomen ἅγιος redditur Sanctus: sic et reddi solet ἱερός. Non tamen existimandum est, eand. esse utriusque vocis significationem, aut eund. usum. Ἀνὴρ ἱερὸς Sacerdotem significat, qualibuscunque tandem sit moribus, etiam si pessimis, ut erant plerique. Contra ἀνὴρ ἅγιος notat Integrum vitæ scelerisque purum, s. Hominem castis moribus præditum. Spiritus Sanctus nonaginta tribus vicibus in scriptis N. T. Πνεῦμα dicitur Ἅγιον: nunquam dicitur Πν. Ἱερόν. Ἅγιος semper respicit Internam animi sanctimoniam, ἱερὸς nihil aliud quam Externam quandam consecrationem. Castis moribus Christiani, in his puræ Religionis primordiis, Paulo in Epistolis sæpe dicuntur ἅγιοι et ἡγιασμένοι, ne semel quidem ἱεροί. 2. Usu Romanorum, tametsi manent eod. de fonte, tantundem distant Sacer et Sanctus, quantum ap. Græcos ἱερὸς et ἅγιος. Illud discrimen rite animadversum maximum præstabit usum libros sacros vel profanos interpretaturis. Ἱερὸς, Sacer, propter externum consecrationis ritum inviolabilis habebatur. Ἱερὸν, nempe οἴκημα, Sacellum est, vel Templum. Ἱερεὺς, Sacerdos. Ἱερεῦσαι, Deo quid, vel Deæ consecrare. Victima Diis immolanda ἱερεῖον dicebatur. Sacerdotem esse proprio v. ἱερᾶσθαι. Romanis sic usurpabantur Sacer et Sacris. Varroni memorantur Porci sacres. Illinc fluxere Sacellum, Sacerdos, Sacrare, Consecrare, etc. 3. Ab ἅγιος, Latine Sanctus, i. e. Interna castimonia purus, v. ἁγιάζειν ap. Græcos gentiles significat Lustrare, s. Purum facere. Sed vera verbi vis obtinet tantum in scriptis nostris sacris, in quibus Sanctus Spiritus, s. Deus per Spiritum S. indens hominibus puritatem istam, homines dicitur ἁγιάζειν. Ἁγιάζων et ἁγιαζόμενοι, Deus atque homines, sic opponuntur Hebr. 2, 11. Fideles etiam Corinthios augusto hoc nomine P. honestat, vocatque per Jesum Christum ἡγιασμένους, Sanctos factos." Select. e Schol. Valck. in N. T. 2, 36.]

[Ἅγιος. Isocr. Areop. p. 143. Cor.: Ἐν δὲ τοῖς ἁγιωτάτοις τῶν ἱερῶν ἀπὸ μισθωμάτων ἔθυον. Plotin. de Pulcr. 55=48. Οἷον ἐπὶ τὰ ἅγια τῶν ἱερῶν τοῖς ἀνιοῦσι, καθάρσεις τε καὶ ἱματίων ἀποθέσεις τῶν πρὶν, καὶ τὸ γυμνοῖς ἀνιέναι. "Ficinus de templo h. l. cogitasse videtur, cum vertat: 'Qui in sancta sacrorum penetrant.' Et revera hoc sensu ἅγιον additur sæpissime voci ἱερὸν et similibus. Plato Critia 116=55. Bip. Ἐν μέσῳ μὲν ἱερὸν ἅγιον αὐτόθι τῆς τε Κλειτοῦς καὶ τοῦ Ποσειδῶνος. Dicæarchus 59. 89. ἱερὸν ἅγιον Ἀθηνᾶς. Quasi dicas Templum augustum et sanctum. Sic item a sacris scriptt., ut ab Alex. Interprr. Ps. 79. τὸν ναὸν τὸν ἅγιον, et a Paulo 1 Cor. 3, 17. item ab ipso Plotino 56=54. Ἔνδον ἐν ἁγίοις ἱεροῖς μένον. Qui locus fortasse Ficino fraudi fuit. Nam id si h. l. voluisset Ficinus, dixisset utique εἰς τὸ ἅγ. τ. ἱ. vel εἰς τὸ εἴσω τοῦ ἀδύτου, ut reapse dixit Noster loco gemino p. 770. Ὥσπερ τις εἰς τὸ εἴσω τοῦ ἀδύτου εἰσδὺς, vel εἰς τὸ εἴσω τοῦ ἱεροῦ s. σηκοῦ, vel quæ alia hac in re solemnia unus Pollux

1, 6, p. 5. habet. Conferendi potius ejusmodi sunt loci ut Æliani V. H. 3, 37. Ἐπί τινα ἑορταστικὴν θυσίαν ἀνελθόντες, et tenenda vis præpositionis ἐπὶ, quæ adjuncta verbis motum significantibus actionem declarat. Cf. Valck. Herod. 596. Igitur ἀνιέναι ἐπὶ τὰ ἱερὰ est Ascendere ad sacrificia peragenda, sicut Plato l. l. mentioni templi continuo subjicit illud: Ἔνθα—ὡραῖα αὐτόσε ἀπετέλουν ἱερὰ ἐκείνων ἑκάστῳ. Τὰ ἅγια τῶν ἱερῶν sunt Sacrificia sanctiora s. arcana, (de sacrificiorum generibus v. universe Jambl. de Myst. 5, 15. p. 130. Gal.) quæ quidem et publice et privatim fiebant." Creuzer. "Plotin. 57=62.: Σωφροσύνην, ἐν ἁγνῷ βεβῶσαν καθαρῷ, (l. βάθρῳ, inquit Wyttenb.) et is, quem imitatus est, Plato Phædro 348=254=275. Ἰδόντος δὲ τοῦ ἡνιόχου ἡ μνήμη πρὸς τὴν τοῦ κάλλους φύσιν ἠνέχθη, καὶ πάλιν εἶδεν αὐτὴν μετὰ σωφροσύνης ἐν ἁγνῷ βάθρῳ βεβῶσαν, usitatiorem Atticis formam retinuit, siquidem vera scripsit Porson. Med. 750. 'Ἁγνὸς et ἅγιος sæpe permutantur, et ἅγιος rarissime ab Atticis, nunquam, credo, a Tragicis adhibetur:' (v. Porson. Advers. 121=139.) Igitur tenendi fuerint hujusmodi loci, ut supra 56=48. ubi sacram formulam, ἱερὸν ἅγιον, e Xenoph. Plat. enotavimus, ut de Dicæarcho taceam." Creuzer.]

["Ἅγιος, ὁ, ἡ, τὸ, (imo ία, ιον,) in universum ut קדוש dicitur, Qui est a communi et promiscuo usu segregatus et ad peculiares usus consecratus, qui Sacer ex usu Latino vocatur, velut Vasa sacra, Vestis sacra, Animalia sacra; cui opponitur κοινὸν et טמא Profanum, de quo loquendi usu bene præcepit Orig. Homil. 11. in Levit. Ab hac prima vocabuli potestate derivari commode possunt reliquæ in N. T. obviæ. Dicitur autem ἅγιος 1. Qui Deo consecratur et dicatur, cultui ejus usuique sacro destinatus. Luc. 2, 23. ἅγιον τῷ Κυρίῳ κληθήσεται, Deo consecrabitur per sacrificium. Ex. 13, 2. Rom. 11, 16. ἡ ἀπαρχὴ ἁγία de primitiis frugum Deo offerri solitis. Chrysost. Hom. 82. in Jo. Κυρίως ἅγια τὰ τῷ Θεῷ ἀνακείμενα. Cyrill. Alex. ad Jo. 10, 34. Ἅγια καλοῦνται τὰ ἀφοριζόμενα εἰς θυσίαν Θεῷ. Macrob. Sat. 3, 3. et 7. Jam quia omne sacrificium, quod Deo offerebatur, sine macula et labe esse debebat e legibus Mosaicis, factum est, ut ἅγιον 2. diceretur Omne, quod est perfectum, immaculatum, sine ulla labe et macula. Rom. 12, 1. θυσία ἁγία, Victima vitio carens; quæ Hebr. תמים et alibi ἄμωμος vocatur: unde ad animum translatum ἅγιος æque ac ἄμωμος 3. Eum notat, qui est animo puro et casto, a vitiorum sordibus liber, quo sensu in N. T. et Deus ἅγιος laudatur, qui est sanctissimus et summa perfectione morali præditus. 1 Petr. 1, 16. Ἅγιοι γίνεσθε, ὅτι ἐγὼ ἅγιός εἰμι: ib. v. 15. 1 Jo. 2, 20. et ita קדוש Lev. 11, 44. 19, 2. Adde Suicer. Thes. Eccl. 1, 59. et homines ἅγιοι multis in locis vocantur, quatenus exemplum Dei, animi puritatem castissimam præeuntis, imitantur, omnique virtuti student, præcipue autem, quatenus religionis Christianæ præceptis convenienter agunt, v. c. Marc. 6, 20. ἄνδρα δίκαιον καὶ ἅγιον. 1 Cor. 7, 34. ἁγία καὶ σώματι καὶ πνεύματι. Eph. 1, 4. ἁγίους καὶ ἀμώμους. 5, 27. 2 Petr. 3, 12. ἐν ἁγίαις ἀναστροφαῖς, Convenienter viventes rel. Christianæ. Apoc. 20, 11. (1 Petr. 3, 5. ubi ἅγιαι γυναῖκες commemorantur, huc non pertinere videtur. Sunt enim ibi mulieres intelligendæ, quarum in V. T. fit mentio.) Phavor. Ἅγιος· ὁ εὐσεβής. Jam vero quia is, qui est boni rectique amans et studiosus, non solum in aliis, quæ recte agunt, probat, sed etiam, ut in aliis amor boni et recti alatur et excitetur, omni modo curat, etiam is ἅγιος 4. dicitur, Qui, ut alii sancti et virtutis studiosi sint, postulat et efficit; quo sensu in ll. ll. non solum sanctitas Deo tribuebatur, sed etiam Rom. 7, 12. leges divinæ ἅγιαι vocantur, quatenus ad vitæ probitatem homines excitare et ducere valent, animumque Dei, boni rectique amantem, probant. 2 Petr. 2, 21. ἁγία ἐντολὴ et ὁδὸς τῆς δικαιοσύνης sunt synonyma. Quo pertinere videtur etiam κλῆσις ἁγία, 2 Tim. 1, 9. commemorata, quam de Ipsa religione Christiana, quæ gravissima virtutis et pietatis continet incitamenta, accipio. Cum vero hanc vim et efficaciam religio Christiana in incitandis et promovendis virtutis studiis exerat; cumque præterea scriptores V. T. gentem Judaicam a ceteris gentibus secretam et favore Dei beneficiisque eximiis, maxime autem religionis purioris et sanctioris bonis ornatam et distinctam, κατ' ἐξοχὴν גוי קדוש appellare soleant, ut Ex. 19, 6. Dan. 7, 27. 8, 24. etc. etiam in N. T. ἅγιος 5. dicitur, Qui est Christianorum cœtui annumerandus, Cui contigit beneficio Dei singulari religionis Christianæ cognitio, nullo sæpe ad mores animique affectionem respectu habito. Act. 9, 13. coll. v. 14. ib. v. 32. et 41. cap. 26, 10. Rom. 1, 7. κλητοῖς ἁγίοις. 8, 27. 12, 13. ταῖς χρείαις τῶν ἁγίων κοινωνοῦντες, Inopiam Christianorum sublevantes. 16, 15. 1 Cor. 6, 1. 2. οἱ ἅγιοι opponuntur τοῖς ἀδίκοις et τῷ κόσμῳ, h. e. Paganis. ib. 7, 14. νῦν δὲ ἅγιά ἐστιν, Jam vero habentur membra Ecclesiæ Christianæ. Apoc. 13, 7. 20, 6. Chrysost. Hom. 1. in Ep. ad Rom. 1, 7. Ἁγίους δὲ τοὺς πιστοὺς καλεῖ πάντας, et Hom. 10. in Ep. ad Hebr. Πᾶς πιστὸς ἅγιος, καθὸ πιστός ἐστι, κἂν κοσμικὸς ᾖ τις κ. τ. λ. Observavit præterea Braun. Select. Sacr. J. 3, 1. in libris Judæorum liberos e proselytis natos dici בקדושה. Lucem etiam hæc notio fœnerat formulæ, τὸ ἅγιον φίλημα, h. e. Osculum amoris sanctum et religiosum, in conventibus Christianorum sacris receptum, Rom. 16, 16. 1 Cor. 16, 20. 2 Cor. 13, 12. 6. Uti Sanctus ap. Latinos, ita et ἅγιος dicitur Inviolabilis, Qui corrumpi, aboleri et violari nullo modo debet. Luc. 1, 72. Καὶ μνησθῆναι διαθήκης ἁγίας αὐτοῦ, Memor sancti sui promissi. 1 Cor. 3, 17. Ὁ γὰρ ναὸς τοῦ Θεοῦ ἅγιός ἐστι, Et templum Dei violare aut corrumpere nefas. Ps. 79, 1. טמאו את היכל קדשך. Alex. Ἐμίαναν τὸν ναὸν τὸν ἅγιόν σου. 7. Destinatus alicui muneri, Cui aliquod negotium demandatum est a Deo. 1 Petr. 2, 5. ἱεράτευμα ἅγιον, pro ἱερεῖς ἅγιοι, A Deo constituti sacerdotes. Hinc non solum Prophetæ, quos Deus voluntatis suæ interpretes selegerat, ἅγιοι vocantur Act. 3, 21. τῶν ἁγίων αὐτοῦ προφητῶν. Luc. 1, 70. 2 Petr. 1, 21. οἱ ἅγιοι Θεοῦ ἄνθρωποι (Auctor primi libri Maccab. 1, 48. 10, 39. sacerdotes, et Levitas, omninoque eos, qui in templo ministrant, ἁγίους appellat), sed etiam Apostoli et reliqui primitivæ Ecclesiæ Christianæ doctores ab Jesu solemni ritu electi hoc encomio ornantur Eph. 3, 5. τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις αὐτοῦ καὶ προφήταις. ib. v. 8. ἐμοὶ τῷ ἐλαχιστοτέρῳ πάντων τῶν ἁγίων, ubi in Codd. quibusdam e glossemate τῶν ἁγίων ἀποστόλων. Et aliis in locis Jesus ipse, quatenus est Messias, vel simpliciter ὁ ἅγιος vocatur Act. 3, 14. Apoc. 3, 7. vel cum additamento, ὁ ἅγιος παῖς Θεοῦ, Act. 4, 27. et 30., interdum etiam ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ, Marc. 1, 24. Luc. 4, 34. Nec aliam notionem respexisse mihi videntur N. T. scriptt. in iis locis, in quibus Angeli boni, quorum ministerio Deus utitur, ut supra vidimus, in felicitate humana quovis modo promovenda, partim οἱ ἅγιοι ἄγγελοι Matth. 25, 31. Marc. 8, 38. Luc. 9, 26. Act. 10, 22. partim simpliciter οἱ ἅγιοι appellantur, v. c. 1 Thess. 3, 13. μετὰ πάντων τῶν ἁγίων αὐτοῦ, h. e. Angelorum choro stipatus, (coll. 2 Thess. 1, 7.) Judæ v. 14. ad imitationem Hebr. קדושים Ps. 89, 6. Daniel. 8, 12. 8. Venerabilis, Augustus, Omni honore et cultu prosequendus. Luc. 1, 49. καὶ ἅγιον τὸ ὄνομα αὐτοῦ, Qui est ab omnibus pie colendus. Matth. 7, 6. τὸ ἅγιον Res sancta et venerabilis, nempe doctrina Christiana, quæ in epistola Judæ v. 10. ἡ ἁγιωτάτη πίστις dicitur. Jo. 17, 11. πάτερ ἅγιε, Pater summe venerabilis. Apoc. 4, 8. ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος Κύριος ὁ Θεὸς, Pie semper colatur Deus O. M. ib. 6, 10. Quam significationem etiam Hebr. קדוש habet in Jes. 6, 3. Hos. 11, 9. Vide sub Πνεῦμα. Phavor. Ἅγιοι· οἱ σεβάσμιοι. 9. Ἅγιον, Omne quod voluntas Dei omnipotens efficit, et a Deo ortum habet. Huc pertinent non solum loca, quæ sub Πνεῦμα excitavi, ubi demonstratum est, Πνεῦμα ἅγιον Oraculum divinum, Religionem Christianam et omnia commoda per eam hominibus parta, animi dotes, facultates extraordinarias Christo et Apostolis a Deo concessas, significare, ubi ἅγιον præter notionem Ejus, quod a Deo originem suam repetit, nullam habere potest, sed referenda est etiam eodem formula ἡ γραφὴ ἁγία Rom.

1, 2. quæ de libris V. T. a Deo inspiratis adhibetur. Si denique de locis adhibetur ἅγιος, semper 10. Locum significat, qui est cultui Dei religioso destinatus, aut, In quo Deus præsentiam suam maxime declarat, certe declarare creditur. Act. 7, 33. Ὁ γὰρ τόπος, ἐν ᾧ ἕστηκας, γῆ ἁγία ἐστὶν, Sacer est locus, in quo consistis. Ex. 3, 5. 2 Petr. 1, 18. ἐν τῷ ὄρει τῷ ἁγίῳ, In monte Thabor. Eandem ob causam Hierosolyma κατ' ἐξοχὴν ἡ ἁγία πόλις vocatur in N. T. Matth. 4, 5. 27, 53. Apoc. 11, 2. 21, 2. 22, 19. interdum etiam ὁ τόπος ὁ ἅγιος, Matth. 24, 15. quanquam hac posteriori formula interdum templum Hierosolymitanum describitur, v. c. Act. 6, 13. 21, 28. Neutro genere τὸ ἅγιον, sc. δῶμα vel μέρος, in singulari, est, Templum, Hebr. 9, 1. τό τε ἅγιον κοσμικὸν, Templum terrestre ab hominibus exstructum. Joseph. A. J. 3, 6, 4. Ὁ μὲν πᾶς νεὼς Ἅγιον ἐκαλεῖτο. Et in plurali τὰ ἅγια, sc. μέρη, α) Ea pars templi s. tabernaculi fœderis, quæ Sanctum vocatur. Sic Singul. τὸ ἅγιον ap. Sirac. 4, 13. Sacrarium, Sanctuarium, ex Hebr. מקדש Ezech. 45, 28. etiam קדש Num. 6, 20. Hebr. 9, 2. Pluralis numerus eminentiæ causa ponitur, ut in formula, τὰ ἅγια τῶν ἁγίων. β) Pars templi, quæ Sancta Sanctorum etiam vocabatur. Hebr. 8, 2. τῶν ἁγίων λειτουργὸς Christus dicitur, qui in omni loco cum summo Judæorum sacerdote comparatur. Hebr. 9, 8. ubi tamen per τὰ ἅγια Cœlum s. Futura in cœlis felicitas intelligi debet, æque ac in locis 9, 12. 24. 10, 19. de quibus legi merentur Schoettgenii Hor. Hebr. et Talmud. p. 1216. Per τὰ ἅγια ἁγίων vero semper fere Sanctum Sanctorum s. Sacratissimus templi locus describitur. Hebr. 9, 3. Μετὰ δὲ τὸ δεύτερον καταπέτασμα σκηνὴ ἡ λεγομένη ἅγια ἁγίων. Τὸ ἅγιον ἁγίων in Gr. Vers. Ex. 26, 33. dicitur, et ab Josepho A. J. 3, 6, 4. τοῦ ἁγίου τὸ ἅγιον vocatur. Interdum etiam τὰ ἅγια omittitur, v. c. Hebr. 8, 5. τῶν ἐπουρανίων sc. ἁγίων, Templi illius cœlestis. Vide L. Suringar D. de Diversis Vocum קדוש, ἅγιος, et affinium Significatibus in SS. Franecq. 1792." Schleusner. Lex. in N. T.]

Παραιτέομαι, Deprecor. Exp. etiam Recuso, Aversor, Repudio. Plut. Cor. Καὶ μηδένα τρόπον κρίσεως, μηδὲ, ἂν ἁλῷ, κολάσεως παραιτεῖσθαι. Quod exemplum primum pono, quod eodem plane modo et sensu dicatur Lat. Deprecari pœnam, quo hic παραιτεῖσθαι κόλασιν. Cic. autem etiam Deprecari et Recusare copulavit in eodem genere loquendi, Tusc. 2.: Nullum genus supplicii deprecatus est neque recusavit. Sic ap. Eund. pro C. Rab. Et ut idem Cic. Deprecari invidiam, et Deprecari odium, dicit, sic παραιτεῖσθαι τὸν φθόνον, Aristid. et Plut. παραιτεῖσθαι τὸν πόλεμον, ap. eund. Plut. Pericle. Herodian. 4. Ὁ δὲ τὸ γῆρας προϊσχόμενος, παρῃτήσατο, Bud. interpr., Ipse autem, senectutem excusans, repudiavit, deprecatus est. Politian. autem vertit Abnuit imperium. Eadem iisdem verbis dixit idem Hero-

B dian. 7. Παραιτούμενος δὲ καὶ γῆρας προϊσχόμενος, ubi Pol. vertit Recusare. Idem hist. iisdem verbis et lib. 2. usus est, Ὁ δὲ τὰ μὲν πρῶτα παρῃτεῖτο, τῆς ἀρχῆς τὸ ἐπίφθονον γῆράς τε προϊσχόμενος, Pol. interpr. At ille recusare institit, tanquam rem invidiosam, nomen imperii. Sic idem Herodian. de Commodo, Τὴν πατρῴαν προσηγορίαν παραιτήσασθαι, Ut repudiaret, Pol. interpr. Qui alibi vertit etiam Detrectare. Apud Plut. Themist. παραιτεῖσθαι πότους συνήθεις, Repudiare assueta convivia, vel Aversari. Potest etiam exponi Vitare. Bud. παραιτεῖσθαι pro Vitare et cavere e Diosc. citat: a Laërtio quoque identidem sic accipi tradens. Idem παραιτεῖται interpr. Vitat vel Refugit, in hoc Dionys. H. loco, de Isocr. loquentis, Τῶν τε φωνηέντων τὰς παραλλήλους θέσεις παραιτεῖται. Idem in Augusti Apophth. Ὥστε τὴν ἡμέραν ἐκείνην παραιτήσασθαι τὸ δεῖπνον, Ita ut prandium recusarit, vel commodius per infin. Prandere recusarit. Bud. interpr. Liberius Prandio abstinuerit. || Παραιτεῖσθαι τὴν γυναῖκα ap. Plut. Apophth.

C Uxorem repudiare, Uxori nuntium remittere, in VV. LL. Budæus autem hoc exemplum ponit pro παραιτεῖσθαι significante Repudiare, Vitare, Aversari. Affertur præterea e Diosc. παραιτεῖσθαι ἀμβλυωπίας, pro Hebetudines oculorum amoliri, vel discutere. || Παραιτοῦμαι cum infin. Herod. 3. Φανερὰν ἔχθραν ἄρασθαι καὶ πόλεμον ἐγεῖραι παρῃτήσατο, Minime inimicitiis apertis ac manifesto bello agendum putavit, Pol. interpr. Ego malim, ad retinendam vim verbi Græci, Ab apertis inimicitiis abstinuit. Citatur et e Porphyrio παραιτήσομαι λέγειν pro Supersedebo dicere.

Παραιτοῦμαι τὴν ψυχὴν ap. Herod. ea itidem signif. qua Deprecari vitam dixit Cic. Ita enim ille in Clione, de Arione loquens, Τὸν δὲ, συνέντα τοῦτο, λίσσεσθαι χρήματα μὲν προϊέντά σφι, ψυχὴν δὲ παραιτεόμενον, A. Gell. interpr., Tum illum ibi pernicie intellecta, pecuniam ceteraque sua ut haberent dedisse, vitam modo sibi ut parcerent orasse. Cic. dixit Vitam alicujus ab aliquo deprecari. Sic παραιτοῦμαί τινα

D cujus constructionis exemplum affert Suid., postquam dixit παραιτεῖσθαι esse συγγνώμην αἰτεῖν, Veniam petere, puto reddi posse eadem plane constr., Deprecor aliquem: ex hoc Cic. loco, de Lege Agr. c. Rull., Sic, siquid deliquero, nullæ sunt imagines, quæ me a vobis deprecentur. Utitur autem τῷ παραιτεῖσθαι in hac constr. et signif. quidam ἀνώνυμος ap. Suid., ita scribens, Ὁ δὲ, ἀναιρεῖν μέλλων αὐτὸν, ἀφῆκε, Παρυσάτιδος παραιτησαμένης αὐτὸν, καὶ τὴν σατραπείαν αὐτῷ φυλαξάσης. Quæ verba eandem prorsus historiam continent, quam habemus initio τῆς Ἀναβάσεως Xenophontis, sed utentis verbo ἐξαιτήσασθαι pro eo quod ille dixit παραιτήσασθαι. Scribit enim, Ὁ δὲ πείθεταί τε καὶ συλλαμβάνει Κῦρον ὡς ἀποκτενῶν· ἡ δὲ μήτηρ ἐξαιτησαμένη αὐτὸν ἀποπέμπει πάλιν ἐπὶ τὴν ἀρχήν. Plut. tamen, sicut et ille qui a Suida citatur, verbo παραιτήσασθαι in eadem re commemoranda uti maluit, V. Artox., Ὀδυρομένη πολλὰ καὶ ποτνιωμένη, (μήτηρ Παρύσατις) παρῃτήσατο καὶ κατέπεμψεν αὖθις ἐπὶ θάλασσαν. Idem Plut. Demetrio ita locutus est, sed addens πολλῇ

δεήσει, ubi scribit, Παρῃτήσαντο πολλῇ δεήσει τοὺς Μεγαρεῖς. Sunt qui παραιτοῦμαι τοῦτον reddant Deprecor pro hoc; sed mihi longe aptior videtur illa mea interpretatio ad verbum, præsertim cum et Cic. ita loqui observarim. Nam videtur posse aliquis dici Deprecari pro aliquo, qui tamen illi veniam non impetret. At in VV. LL. e Plut. Pericle, παραιτούμενος τὴν πόλιν, Veniam orans civitati. Et ex Eodem in Theseo, παραιτούμενος τὸν ἀνεψιὸν, Liberandum patruelem impetrans. || Dicitur etiam, et quidem frequentius, παραιτοῦμαί σε, A te veniam peto pro me, aut pro alio. Vel potius, A te veniam impetro, Te exoro. Sic ap. Aristoph. Vesp. (1257.) Ἡ γὰρ παρῃτήσαντο τὸν πεπονθότα, Eum exorarunt qui læsus est, Ab eo veniam impetrarunt. Sic ap. Herod. παραιτέομαι τὸν βασιλέα. Et ap. Plat. παραιτούμενος τοὺς ἄρχοντας ἀποδημείτω, exp., Cum bona magistratuum venia peregre proficiscatur. Et ut dicitur παραιτεῖσθαί τινα, sic etiam παραιτεῖσθαι τὴν ὀργήν τινος Plut. Themistocle, παραιτεῖσθαι μνησικακοῦντος ὀργήν. Utitur et in Romulo, et alibi. Observandum est autem, παραιτεῖσθαι tam in his loquendi generibus, quam in proxime præcedentibus eodem modo exponi, videlicet συγγνώμην αἰτεῖν, quæ tamen expositio ita distinguenda est, ut cum dicitur παραιτοῦμαι τοῦτον pro Deprecor hunc, i. e. Deprecatione mea periculo libero, sit συγγνώμην αἰτῶ ὑπὲρ τούτου: at cum dicitur παραιτοῦμαι τοῦτον pro Deprecando exoro, sit συγγνώμην αἰτῶ τοῦτον, ut dicitur αἰτῶ σε τοῦτο. Sed non satis mihi placet hæc expositio cum aliud sit Veniam petere, aliud Veniam impetrare. Suid. tamen hanc expositionem utrique loquendi generi accommodat; nam postquam dixit παραιτεῖσθαι esse συγγνώμην αἰτεῖν, et posuit exemplum, in quo παραιτήσασθαί τινα est Veniam alicui impetrare, subjungit aliud, in quo παραιτήσασθαί τινα est Veniam ab aliquo impetrare. Simul autem exponit et παρακαλεῖν, de qua expos. paulo post dicam. || Dicitur etiam παραιτεῖσθαι περί τινος, Aliqua de re, quod itidem exp. συγγνώμην αἰτεῖν, vel ἀπολογεῖσθαι, ut ap. Aristid., Παραιτεῖσθαι μὲν οὐκ οἶδα ὅτι δεῖ περὶ τῶν αὐτῶν πολλάκις. Sic autem παραιτεῖσθαι h. l. exponitur a Thoma Magistro, et a Moschopulo; ac certe eam hic admitto libentius, quam in præcedentibus exemplis, propter eam quam reddidi rationem.

Παραιτοῦμαί σε τῆς μέμψεως, inquit Thom. Mag., i. e. ἀπολύω καὶ ἐλευθερῶ, ut sit Libero te crimine. Ego autem melius expressum iri παραιτοῦμαι existimo, retinendo verbum Deprecor in hoc etiam loquendi genere, ut quemadmodum dicitur a Cic. aliquis A se crimen deprecari, ita dicamus Ab aliquo crimen deprecari, quod sit Depellere s. Removere quasi deprecando. Simile autem esse puto ap. Synes., παρῃτούμην σε τῆς εἰρωνείας, Hanc a te dissimulationem deprecabar, quæ videlicet tibi crimini dabatur. Nec dissimile ap. Plut. de Herod. Θεσσαλοὺς τοῦ Μηδισμοῦ παραιτεῖσθαι. Melius tamen respondebit constructio Latina Græcæ, si παρῃτούμην σε τῆς εἰρωνείας interpretemur Excusabam te de dissimulatione; eodemque modo Θεσσαλοὺς τοῦ Μηδισμοῦ παραιτεῖσθαι, Thessalos de Medismo excusare, i. e. De eo quod Medis faverint. Sunt autem affinia Excusare et Veniam alicui impetrare; atque ita affine erit hoc loquendi genus, excepta constructione, illi præcedenti παραιτοῦμαι τοῦτον, Deprecor hunc, i. e. Deprecando veniam illi impetro. In VV. LL. citatur e Philostr. Her. παραιτοῦμαί σε τοῦ πατρὸς pro Apud patrem te excuso. Item ex eod. lib., παραιτοῦμαι τοῦ λόγου pro A sermone abdico. Quæ duo exempla tamen in illis LL. non simul ponuntur. || Post quæ tot exempla non debet nova videri significatio verbi παραιτεῖσθαι, quæ est ap. Lucam, 14, 18. Καὶ ἤρξαντο ἀπὸ μιᾶς παραιτεῖσθαι πάντες, Se excusare. Ita tamen ut fatear quod ibidem subjungitur bis, ἔχε με παρῃτημένον, pro Habe me excusatum, minus usitato loquendi genere esse dictum. Jam vero et ap. Plut. παραιτεῖσθαι de re eadem ponitur, ut videlicet παραιτεῖσθαι sit ejus qui invitatus ad cœnam, non it, et παραιτεῖσθαι dicatur vel Recusare, vel Excusare se: Ἐδόκει γὰρ νυκτὸς ὑπὸ Καίσαρος εἰς δεῖπνον καλεῖσθαι, παραιτούμενος δὲ,

A ἄγεσθαι τῆς χειρὸς ὑπ' αὐτοῦ, μὴ βουλόμενος.

Παραιτοῦμαι pro simplici αἰτοῦμαι, Precor, Rogo, ut Deprecor interdum pro simpl. Precor, vel pro Postulo, aut Posco, ut docet Bud. 1035. Nisi potius dicamus in παραιτοῦμαι præpos. παρὰ, in Deprecor præpos. De, significationem augere. Aristoph. Eq. Ἓν δ' αὐτοὺς παραιτησώμεθα, Unum hoc eos rogemus. Sic Plato Apol. Ὅπερ κατ' ἀρχὰς ὑμᾶς παρῃτησάμην. Sic παραιτοῦμαί σε συγγνώμην, ap. Menandrum. Dicitur et cum infin., παραιτοῦμαί σε τοῦτο ποιεῖν. Nam pro eodem ponuntur παραιτοῦμαί σε συγγνώμην, et παραιτοῦμαί σε συγγνώμην ἔχειν, vel συγγνώμονα εἶναι. Herod., Συγγνώμην παραιτέετο τὸν θεὸν αὐτῷ σχεῖν τῶν ῥηθέντων, Sic ap. Suid. nescio quis, Παραιτεῖτο τοὺς θεωμένους συγγνώμην ἔχειν, εἰ μὴ ἀγωνίζοιτο. Cui exemplo apta est expositio per v. παρακαλεῖν, non autem illi, cujus supra memini. Sed huic expositioni rursum adjungit aliam minime convenientem, videlicet ἀπαγορεύοι: at tertium illud usurpat Xenopho, cum scribit, Παραιτήσῃ τοὺς θεοὺς συγγνώμονάς B σοι εἶναι. Nec tantum dicitur παραιτοῦμαί σε ποιεῖν, sed etiam παραιτοῦμαί σε μὴ ποιεῖν, Thuc. 5. p. 186. Ὁ δὲ παρῃτεῖτο μηδὲν τούτων δρᾶν. Sic Demosth. (533.) Παραιτήσομαι δ' ὑμᾶς μηδὲν ἀχθεσθῆναί μοι. Quamvis autem ap. vett. scriptt. παραιτοῦμαι in hac postrema signif. sæpius observarim, primum tamen ei locum non dedi, quod viderentur illa exempla, in quibus præpositio vim suam obtinet, poni debere ante illa in quibus illam amittit.

Παραιτοῦμαι in pass. signif. ut, Παραιτηθεὶς δὲ διὰ τῶν φίλων τοῦτον ἀπέλυσε τῆς αἰτίας, quod exemplum a Suida citatur, et παραιτηθεὶς exp. παρακληθείς. Sic autem παρῃτημένος pass. pro Excusatus, in Lucæ loco, quem supra citavi.

[" Παραιτοῦμαι, ad Xenoph. Mem. 2, 2, 14. Sylb. ad Paus. p. 26. Timæi Lex. 207. et n. Abresch. Lect. Arist. 241. Toup. Opusc. 1, 324. 2, 24. Xenopho Eph. 34. Ruhnk. ad Xenoph. Mem. 229.: Valck. 243. Herod. p. 11. 45. Lucian. Dial. 96. Wyttenb. Select. 267. ad Diod. S. 1, 147. ad Herod. C 387. 643. ad Lucian. 1, 471. Thom. M. 683. ad Char. 511. Villoison. ad Longum 213. ad Diod. S. 2, 613. Lucian. 2, 170. 176. Boissonad. in Philostr. 260. 262. 483. 499. 532. 558. Dionys. H. 3, 1412. I. q. αἰτ., Bast. Lettre 175. Cum infin., Thom. M. 161. Phrynich. Ecl. 138. Polyb. T. 2, p. 49. Παρῃτήσαντο τὴν τῶν Αἰτωλῶν ἀσέβειαν καὶ τὸ μηδὲν, expectes τὶ, παθεῖν ἀνήκεστον." Schæf. Mss. "Expeto, Pind. Nem. 10, 56. Ab aliquo posco, Schol. Eur. Hippol. 578. Me excuso, cum gen. rei, Philostr. (V. A. 1, 10.) 11. sub init. 711. Submoveo, Joseph. 301, 16. Precor, Rogor, Æsch. Choëph. 781." Wakef. Mss. Herod. 1, 90. Glossæ:—" Παραιτέω· Suppeto. Παραιτοῦμαι· Excuso, Recuso, Evito, Deprecor, Retracto, Detrecto. Παρῃτήσαντο· Recusaverunt."]

[* Παραιτητέον, Fugiendum, Deprecandum. [illegible] "Phrynich. Ecl. 154. Fischer. ad Weller. 2, 187." Schæf. Mss. Athen. 421. 464. "Clem. Alex. 1. Jambl. V. P. 29. Philo J." Wakef. Mss.]

Παραίτησις, ἡ, Deprecatio, et quidem accipiendo D hoc nomen in utraque signif. Sed frequentius pro Deprecatione, i. Vehementi precatione, ut ap. Plat. Gorg. Οἶκτος μὲν οὖν καὶ λιταὶ καὶ φίλων παραίτησις, ἐν ὄχλῳ μὲν οὔσης τῆς κρίσεως, χρήσιμα, Amicorum preces supplices et deprecatio, ap. populum multum valent. Item Veniæ petitio Thuc. 1. Ῥηθήσεται δὲ οὐ παραιτήσεως μᾶλλον ἕνεκα ἢ μαρτυρίου. Nam hic exp. Schol. οὐχὶ ἕνεκα τοῦ αἰτεῖν συγγνώμην. At Valla vertit, Non purgandi nos gratia. Sunt et qui pro Deprecatione, in recusandi signif., accipiant, Apud Plut. Numa, Πρὸς θεῶν τιμὴν ἢ παραίτησιν exp. Ad postulandam a diis veniam. Est παραίτησις ejus etiam, qui veniam dat, sequendo Bud. qui παραίτησιν ait esse etiam Veniam, i. e. Gratiam et indulgentem concessionem, in hoc Plat. loco de LL. 11. Καὶ μηδεμία τῆς μονῆς παραίτησις ἔτι τούτῳ παρ' ἀρχόντων γιγνέσθω. Sed possit hic quoque παραίτησις ad eum referri, et quidem rectius, meo judicio, cui venia indulgetur, ut dicat Nullo pacto veniam moræ impetret ab judicibus. || Παραίτησις, Excusatio, de qua signif. dixi et in ipso verbo. Synes., Ἀνθρώπῳ δὲ

παραίτησις γίνεται, διευλαβουμένῳ τῆς φύσεως αὐτοῦ τὴν ἀσθένειαν. Sic et ap. Basil. Epist. ad Leontium. Affinia autem sunt Excusare et Purgare, quo posteriori verbo Vallam dixi in interpr. Thuc. loco usum. [" *Παραίτησις*, Thom. M. 684. Diod. S. 2, 552." Schæf. Mss. Hippocr. 19, 15. Glossæ: *Παραίτησις·* Excusatio, Recusatio.]

Παραιτητὴς, οῦ, ὁ, Deprecator. [Suid. et Phav. Plut. Sulla 26.]. ET *Παραιτητὸς, (ἡ, ὸν,)* q. d. Deprecabilis, ut Gellius Indeprecabilis, Apud quem deprecationes valent, Exorabilis. Plato de LL. 10. *Τὸ δὲ παραιτητοὺς αὖ θεοὺς εἶναι τοῖς ἀδικοῦσι, δεχομένους δῶρα,* &c. [" Plato Clem. Alex." Wakef. Mss. " Quod quis aversatur, Plut. Mor. 1, 85. ad Lucian. 1, 469." Schæf. Mss. ADDE * *Παραιτητικὸς, ἡ, ὸν,* Deprecatorius, Ad deprecandum aptus. " Stob." Wakef. Mss. " Dionys. H. 2, 258." Scott. App. ad Thes.]

Ἀπαραίτητος, ὁ, ἡ, Indeprecabilis, Inexorabilis. Gellius Indeprecabilis dixit, sed de re tamen, non de persona. Citatur enim ex eo, Indeprecabilis pœna subeunda esset. Plato, *Θεοὶ παρὰ τὸ δίκαιον παντάπασιν ἀπαραίτητοι.* Apud Plut. Cæsare, *ἀπαραίτητος δανειστὴς,* Durus et inexorabilis, vel Inclemens, Bud. interpr. Idem affert ex Antiph. in Leocr., *Ἀπαραιτήτους δικαστὰς μὴ παρέχοντας συγγνώμην.* Et e Greg., *ἀπαραίτητος δήμιος.* Crudelis, Qui precibus non flectitur, *ἢ δικαστὴς ἀπάνθρωπος, ἢ δήμιος ἀπαραίτητος.* Rursum ap. Plut. *ἀπαραίτητον ἰατρὸν* et *ἀπότομον* esse ait Qui severe curat, qui *τῷ ἡδίστῳ* opponatur. Dicitur etiam aliquis *ἀπαραίτητος* esse *περί τι* ut ap. eund. Plut. Pericle, *ἀπαραίτητος περὶ τὰς εὐθύνας,* Severus in exigendis rationibus, vel potius Severitate quadam inexorabili utens. Item dicitur aliquis esse *ἀπαραίτητος τὴν ὀργὴν,* Esse sævus ira et inexorabilis, vel Esse inexorabili quadam ira et implacabili præditus, ap. Philon. de V. M. 1. *Εἶθ' ἅτε χαλεπὸς καὶ βαρύμηνις καὶ ἀπαραίτητος τὴν ὀργήν.* Et *τὸ ἀπαραίτητον* substantive, Severitas quædam inexorabilis, s. indeprecabilis, ut Plut. Publicola, *τὸ ἀπαραίτητον αὐτοῦ πρὸς τοὺς πονηρούς.* || Dicitur etiam de re, ac primum ut dicitur aliquis esse *ἀπαραίτητος τὴν ὀργὴν* in proxime præcedente exemplo, sic etiam ira ejus esse *ἀπαραίτητος.* Item *ἀπαραίτητος δίκη,* et *ἀπαραίτητος τιμωρία,* ut a Gellio Indeprecabilis pœna. Philo de Mundo, *ἀπαραίτητον δίκην ἀποτίσει.* Sic ap. Eund. de V. M. 1. *ἀπαραιτήτου τιμωρίας.* || Apud Plut., *ἱκέτευμα ἀπαραίτητον,* q. d. Irrecusabilis supplicandi modus. Plut. de Pr. Frig., *Ἐν δὲ Πέρσαις τῶν ἱκετευμάτων μέγιστον ἦν καὶ ἀπαραίτητον,* Turn. interpr., Atque etiam ap. Persas genus erat supplicandi sine ulla recusatione. Ego existimo posse etiam verti Repulsam non patiens. Apud Plut. autem *ἀπαραίτητος πορεία,* Profectio quæ recusari non potest, Iter quod suscipiendum est sine recusatione. Plut. in Consol. ad Apoll. *Καθάπερ γὰρ τῆς εἰς κοινὴν πατρίδα πορείας προκειμένης πᾶσιν ἀναγκαίας καὶ ἀπαραιτήτου.* At vero *ἀπαραίτητος κίνδυνος,* Inevitabile periculum, interpr. Ruellio, ap. Diosc. 7, 2. *Καὶ ὁ ἀπ' αὐτοῦ κίνδυνος ἀπαραίτητός ἐστιν, εἰ μὴ πολλοῖς χρήσαιτο τοῖς βοηθήμασι.* Sic *ἀπαραίτητον κακὸν,* interpretor Inevitabile malum, non Implacabile, ut in VV. LL. [Glossæ: *Ἀπαραίτητος·* Inexcusabilis, Inexcusatus, Inrecusabilis, Inrecusatus, Inexorabilis, Indeprecabilis. " Phrynich. Ecl. 138. Dorv. ad Char. 207. 324. Bibl. Cr. 3, 1, 41. Thom. M. 83." Schæf. Mss. " Inevitabilis, Stob. 86. Heliod. Æth. 70." Wakef. Mss.] HINC adv. *Ἀπαραιτήτως* Inexorabiliter, Cum severitate inexorabili, ut *ὠμῶς καὶ ἀπαραιτήτως,* Thuc. 3. *ἀτρέπτως καὶ ἀπαραιτήτως* Philo de V. M. 1. Apud Plut. Solone *ἀπαραιτήτως κολάζειν*: Pericle, *ἀπαραιτήτως τούτοις χρησάμενος,* Cum se inexorabilem s. implacabilem illis præbuisset, Cum rigidus et inclemens erga illos fuisset. Ad verbum, Cum inexorabiliter illis usus fuisset, i. e. Valde inclementer erga illos se gessisset. Ex eod. Plut. in Themist. citatur, *Ἀπαραιτήτως ἔχειν πρὸς αὐτὸν δοκεῖ,* pro Non videtur cum eo in gratiam unquam rediturus. [Glossæ: *Ἀπαραιτήτως·* Sine recusatione. " Clem. Alex. Hesych. Ferociter, Polyb. 264." Wakef. Mss.]

Δυσπαραίτητος, ὁ, ἡ, ET *Εὐπαραίτητος, ὁ, ἡ,* contraria. *Δυσπαραίτητος,* Exoratu difficilis, Qui difficile exoratur, Non facile exorabilis. Item pro *ἀπαραίτητος,* Inexorabilis, Implacabilis. Æschyl. Prom. p. 7. meæ Ed. (v. 34.) *Διὸς γὰρ δυσπαραίτητοι φρένες.* Citatur et e Plut. Fabio, *δυσπαραίτητος θυμὸς* pro Implacabilis ira. [" Joseph. 697, 26. Etym. M." Wakef. Mss.] HUIC oppositum *Εὐπαραίτητος,* Facile exorabilis, Placabilis, Non durus deprecantibus. Vel Deprecabilis, quo nomine ante exposuimus *παραιτητός.* [" Plut. Dion. 5, 204." Scott. App. ad Thes.]

[* " *Ὑποπαραιτέομαι,* Dionys. ap. Euseb. H. E. 6, 41." Routh. Mss. " Euseb. V. C. 16, 34. p. 349. Vales." Boissonad. Mss. Glossæ; *Ὑποπαραιτεῖται·* Prorogat. " Deprecor, Euseb. H. E. 237. Excuso, Philo J. 2, 379. Philo J. 740. Euseb. H. E. 6, 41. et alibi." Wakef. Mss.]

Προσαιτέω, τῶ, Insuper peto. Xenopho Apoll. Socr. *τὸ ζῆν ἔτι προσαιτῶν.* Nisi quis malit Petens tanquam mendicando. De qua signif. nunc dicam. Vide quæ in *Ἐπαιτῶ* dixi de præpositione quæ est in hoc verbo.

Προσαιτέω, Stipem peto, Stipem ostiatim peto, Mendico, ut *ἐπαιτῶ* et *μεταιτῶ.* Isocr. Areop. *Τότε μὲν οὐδεὶς ἦν τῶν πολιτῶν ἐνδεὴς τῶν ἀναγκαίων, οὐδὲ προσαιτῶν τοὺς ἐντυγχάνοντας,* Stipem petens a quovis obvio, Bud. Sic ap. Plut. *περὶ Εὐθυμίας, Καὶ ζηλωτὸς ἡμῶν ὁ βίος· οὐ προσαιτοῦμεν, οὐκ ἀχθοφοροῦμεν, οὐ κολακεύομεν.* [" Pierson. Veris. 134. Valck. ad Ammon. 112. a. Eur. Suppl. 64. Hel. 797. Xenopho K. A. 1, 3, 21. Glossæ: *Προσαιτέω·* Mendico.]

[* *Προσαίτησις, ἡ,* Mendicatio, Mendicitas. Plut. 7, 914. *προσαίτησις ἐφημέρου τροφῆς.* " Plut. 2, 499." Wakef. Mss.]

Προσαίτης, (ου, ὁ,) Qui stipem petit, Mendicus. Plut. Hellen. Problem. *Ἀναλαβὼν ῥακία καὶ πήραν, καὶ προσαίτης ὤν.* Chrysost., *Ἐλθεῖν εἰς ὁμιλίαν τῶν προσαιτῶν.* Ab Hom. dicitur *προΐκτης.* [Gl. *Προσαίτης·* Mendicus. ET Fem. * " *Προσαῖτις, (ἡ,)* Suid. 2, 418. (Sed ibi non legitur.) ETIAM * *Προσαιτητὴς, (οῦ, ὁ,)* Hesych." Wakef. Mss.]

[* *Βακτροπροσαίτης, ὁ,* Epith. Cynici, baculum gestantis et mendicantis. " Toup. Emend. 2, 206. Jacobs. Anth. 9, 416." Schæf. Mss.]

[* *Ἀποπροσαιτέω,* Emendico, Gl.]

ΑΙΤΙΟΣ, *ία, ιον,* Qui in causa est, vel, Qui causa est rei alicujus, Auctor, ut Isocr. ad Phil. *Θεοὺς τῶν ἀγαθῶν ἡμῖν αἰτίους ὄντας,* Deos bonorum nobis auctores. Aristoph. Plut. (182.) *πάντων αἴτιος, Καὶ τῶν κακῶν, καὶ τῶν ἀγαθῶν.* Demosth. pro Cor. *Ὡς φόβων καὶ κινδύνων αἰτίῳ τῇ πόλει γεγενημένῳ.* Isocr. de Pace, *Ἣν ἧττάν φασί τινες αἰτίαν γενέσθαι τῇ Σπάρτῃ τῶν κακῶν.* Demosth. *Τί ποτ' οὖν αἴτιον ὅτι κ. τ. λ.* Quid in causa est cur, etc.? Interdum *αἴτιος* fem. gen. pro *αἰτία.* Aristot. de Mundo, *Ἡ ἐν οὐρανῷ δύναμις σύμπασιν αἴτιος γίνεται σωτηρίας.* || Aliquando *αἴτιος* ponitur cum dat. personæ duntaxat, ut Il. Γ. (164.) *Οὔτι μοι αἰτίη ἐσσί· θεοί νύ μοι αἴτιοί εἰσι,* ubi Eust. subaudit gen. *πολέμου.*

Αἴτιος, Culpæ affinis, Culpandus, Accusandus, Qui culpari debet ob rem aliquam, utpote ejus auctor, *ὁ αἰτιατέος, ὁ ὑπὸ αἰτίασιν καὶ μέμψιν,* ut exp. Eust. Homerus Il. A. (153.) *Οὔτι μοι αἴτιοί εἰσι.* Od. Θ. (311.) *Ἠπεδανὸς γενόμην· ἀτὰρ οὔτι μοι αἴτιος ἄλλος, Ἀλλὰ τοκῆε δύω*: Il. N. (222.) *Ὦ Θόαν, οὔτις ἀνὴρ νῦν αἴτιος*: O. (137.) *ὅς τ' αἴτιος, ὅς τε καὶ οὐκί*: T. (409.) *οὐδέ τι ἡμεῖς Αἴτιοι.* Herod. 1. *Οὐδὲν ἐόντας αἰτίους,* Minime affines culpæ, vel Innocentes, *ἀναιτίους.* Exp. quidam, Nihil commeritos. Cic. ap. Plat. *οὐ τὸ αἴτιον αἰτιᾶσθαι* interpr. Non accusare quod esset accusandum. Idem hæc Ejusdem verba, *Εἰ γὰρ ἦν τοῦτο (τὸ γῆρας) αἴτιον,* vertit, Nam si id culpa senectutis accideret. Vide meum Lex. Cic. *Αἴτιος* ab Eust. exp. *ὑπεύθυνος καὶ κολάσεως ἄξιος,* Sons vel Reus, et supplicio dignus, hoc in versu, *Αἴτιος ὁ γράψας Αἴτια Καλλιμάχου.*

Αἴτιος cum gen. putatur sumi pro Obnoxius ap. Diosc. 8. *Ληθαργώδεις γίνονται καὶ καταφορᾶς αἴτιοι*, Lethargici fiunt, et veterno obnoxii.

Compar. *αἰτιώτερος*, Qui magis est causa, vel in causa. Superl. *αἰτιώτατος*, Qui maxime est in causa. Apud Athen. 2. *Ὡς ταύτης αἰτιωτέρας οὔσης.* Xenopho Mem. 1. *Οἴει τι ἄλλο αἰτιώτερον εἶναι*; Quicquam aliud magis in causa esse putas? Idem Hell. 5. *αἰτιώτατοι εἶεν.* Apud Thuc. *αἰτιώτατος ἐγένετο*, Præcipuus auctor fuit. [Ind. in Demosth. Isocr. Busir. 14.]

¶ *Αἴτιον, ου, τὸ*, Substant. Causa, Ratio. Demosth. pro Cor. *Τὸ δ' αἴτιον οὐκ ἀγνοεῖς.* At Philipp. 3. *Πολλὰ μὲν οὖν ἴσως τὰ αἴτια τοῦ ταῦθ' οὕτως ἔχειν*, hic et in hujusmodi locis *αἴτια* est adjective positum, non substantive. At substantive passim ap. philosophos, ut *αἴτια κύρια καὶ αὐτοτελῆ*, Causæ principales et perfectæ. *Αἴτια προηγούμενα* vel *προκαταρκτικὰ*, Causæ antecedentes vel antegressæ. *Αἴτια προσεχῆ*, Proximæ causæ. *Συναίτια*, Adjuvantia causarum, vel, Quæ rerum adjuvant causas. Quas interpretationes e Cic. habes in meo Lex. Cic. Gregorius Naz. de Theologia, *τὸ πρῶτον αἴτιον* vocat Deum. Inscripsit Theophr. quendam suum librum, *Αἴτια φυσικά.* Callimachus item quendam suum appellavit *Αἴτια* absolute, cujus meminit Martialis; leg. enim ap. eum Ætia Callimachi, non Ethia. De illis fertur et hic versus, *Αἴτιος ὁ γράψας Αἴτια Καλλίμαχος.* Sed ap. Eust. legitur *Καλλιμάχου.* || Quandam ap. rhetores differentiam inter *αἴτιον* et *αἰτίαν* vide ap. Fabium.

[" *Αἴτιος*, Jacobs. Anth. 10, 48. Brunck. Aristoph. 3, 84. ad Lucian. 2, 34. Heyn. Hom. 4, 675. Dionys. H. 3, 1507. Casaub. ad Athen. 128. ad Herod. 501. Dawes. Misc. 254. Wyttenb. Select. 381. P. Abresch. Paraphr. 338. Sequ. infin., ad Herod. 113. 114. 199. 677. Antigon. 1173. Pausan. 62. 87. cf. Trachin. 1235. *Erf. In quo causa rei est*, Heyn. Hom. 4, 60. Fere sine verbo subst., ad Char. 520. Cum infin., Diod. S. 2, 319. Ἡ *αἴτιος*, Bentl. Aristoph. 320. a. Schneider. Æsop. p. 54. *Αἴτιος λόγῳ ῥηθῆναι*, Plato Phædro 236. *Αἴτιαι, αἰτίαι*, Mœris 4. et n. Thom. M. 19. et n. *Αἴτιον*, (*τὸ*,) ad Timæi Lex. 268. Phrynich. Ecl. 165. ad Dionys. H. 1, 228. *Αἴτιον*, Titulus librorum, v. ad *Αἰτία*. *Αἴτιον δὲ*, Valck. ad Chrysost. p. 7. Boissonad. in Philostr. 347. 395. *Αἴτιον ὅτι*, Herod. 3, 12. *Τὸ δὲ αἴτιον*, Abresch. Æsch. 2, 81. Boissonad. in Philostr. 346." Schæf. Mss. Pind. Pyth. 5, 33. Xenopho Mem. 3, 2. 2. c. 3, 2. 4. 5, 8. c. 4, 15. Plato Cratylo 71. p. 110. " *Αἴτιον*, Plato Phæd. s. 47." Routh. Mss. Glossæ:—" *Αἴτιος*· Caussativus, Sons, Nocens, Noxius, Reus."]

¶ *Αἰτία, ἡ*, aliud substant. Causa, Ratio. Plato Timæo, *Διὰ δὴ τὴν αἰτίαν καὶ τὸν λογισμὸν ἐκτήσατο*, Cicer. interpr. *Hanc rationem habuit ut absolveret.* Idem ibid. *δι' ἃς αἰτίας ἱδρύσατο* vertit, Quæ causa col[illegible]locandi fuerit. Idem *αἰτίαι πρῶται*, Causæ primæ.

Αἰτία, Culpa, Crimen. Plato Pol. 1. *Ἀλλὰ καὶ τούτων πέρι καὶ τῶν γε πρὸς τοὺς οἰκείους μία τις αἰτία ἐστὶν, οὐ τὸ γῆρας, ἀλλ' ὁ τρόπος τῶν ἀνθρώπων*, interpr. Cic. Sed in moribus est culpa, non in ætate. Ubi tamen *αἰτία* verti etiam possit fortasse Causa. Est autem frequentissimum hoc loquendi genus, *αἰτίαν ἔχειν* cum gen., ut *αἰτίαν ἔσχε τοῦ πολέμου*. Plut. Pericle, Culpam belli sustinuit, Culpatus fuit ob bellum, Vitio verterunt illi bellum. Ita enim malo, quam ut exp. vulgo, Invidiam belli in se vertit. Xenopho, *αἰτίαν ἔχει τούτου*, Ob hoc culpatur, Hujus rei culpa in illum confertur. Dicitur et *αἰτίαν ἔχω ἐπὶ τούτῳ*. Idem, *Οὐ πάνυ γε ῥάδιόν ἐστιν εὑρεῖν ἔργον, ἐφ' ᾧ οὐκ ἄν τις αἰτίαν ἔχοι.* Nonnunquam infin. habet loco genitivi, Lucian., *αἰτίαν ἔχω ψεύδεσθαι*, pro *ψεύδους*, Insimulor mendacii, Culpor ut mendax., Plut. Themistocle, *αἰτίαν ἔχει μηδίζειν*, accusatur quod Medorum partibus faveat. Synes., *Ὃς καὶ παιδόθεν αἰτίαν ἔσχον ὁπλομανεῖν τε καὶ ἱππομανεῖν*, Bud. interpr. Qui ab ineunte ætatula male audieram, quasi insano studio armorum equorumque flagrarem. Idem ejusdem Synesii hæc verba, *αἰτίαν*

A *ἔχων πρᾳότατος εἶναι*, reddit, *Cui vitio vertebatur* nimia clementia. Et cum præterito infinitivi. Demosth. pro Cor. *Φιλίππῳ προδεδωκέναι πάντας ἂν ἔσχεν αἰτίαν.* Dicitur et *αἰτίαν ἔχειν*, absolute. Xenopho Κ. Π. 5. *Διὰ τὸ σὺν πολλοῖς αἰτίαν ἔχειν*, Eo quod cum multis in culpa sint. Hic enim *αἰτίαν ἔχειν* hoc significat cum alibi frequentissime *αἰτίαν ἔχειν* is dicatur, qui accusatur rei alicujus nomine, in quem culpa confertur, s. merito, s. immerito. Quo etiam modo usurpatur *αἰτίαν ἔχω ταύτην*, Accusor hoc nomine, Crimen hoc in me confertur. Demosth. c. Mid. *Δικαιότατ' ἂν ταύτην ἔχοι τὴν αἰτίαν.* Isocr. Areop. *Εἰκότως ἂν ἔσχον τὴν αἰτίαν ταύτην.* Dicunt et *αἰτίαν ἔχειν ὑπό τινος*, Accusari ab aliquo. Thuc. *Αἰτίαν πολλὴν ἔχω ὑπὸ σοῦ*, ubi *ἔχω* pro *λαμβάνω* accipitur. Dicitur et *αἰτίαν ὑπέχειν* pro *αἰτίαν ἔχειν*. Xenopho Κ. Π. 6. *Καὶ αἰτίαν ὑπέσχεν, ᾗ ἐβαρύνετο.* Quod loquendi genus imitari volens Cic., ad verbum dixit, Causam sustinere, ut Bud. annotat. || Sunt autem aliæ phrases *αἰτία* cum B verbo *ἔχειν* habentes, quæ activa signif. dicuntur. Nam ut *αἰτίαν ἔχειν* passive sumitur pro Accusor, Insimulor, Mihi vitio vertitur, In me culpa transfertur; sic *δι' αἰτίας ἔχω σε*, vel *ἐν αἰτίᾳ σε ἔχω*, capitur pro Accuso, Insimulo, Culpo. Thuc. 2. *Ὑμᾶς αὐτοὺς δι' αἰτίας ἔχετε.* Idem 5. *Ἐν αἰτίᾳ ἔχοντες τὸν Ἆγιν.*

Alia sunt verba, quæ cum nomine *αἰτία* juncta idem valent, quod *αἰτίαν ἔχειν*, passiva signif.: et quod *δι' αἰτίας ἔχειν* vel *ἐν αἰτίᾳ ἔχειν*, activa. Xenopho Κ. Π. 5. *ἐν αἰτίᾳ εἶναι* et *αἰτίαν ἔχειν* eodem loco dixit in eadem signif., ita scribens, *Καὶ πάντες ἠδίκουν ἐν αἰτίᾳ εἶναι· καὶ οὐδεὶς τῇ αἰτίᾳ οὔτε αἰσχύνεσθαι, οὔτε φοβεῖσθαι ὁμοίως, διὰ τὸ σὺν πολλοῖς αἰτίαν ἔχειν.* Est autem *ἐν αἰτίᾳ εἶναι*, Latine verbum e verbo, In culpa esse. Quanquam si quis propius intueatur, *animadvertet posse aliquem αἰτίαν ἔχειν*, Accusari, *et in eum culpam conferri, qui tamen* non *ἐστὶν ἐν αἰτίᾳ*, atque *immerito accusatur. Αἰτίαν λαμβάνω* pro *αἰτίαν ἔχω*, Accusor. Thuc. 6. *Τοὺς περὶ τῶν μυστικῶν αἰτίαν λαβόντας.* Dicitur pro C eodem *αἰτίαν φέρομαι*. Thuc. *Αἰτίαν τοῦ ἀδικεῖν φέρομαι.* Item *αἰτίαν ὑπομένειν*, i. q. *αἰτίαν ὑπέχειν*. Nam *ὑπέχειν* et *ὑπομένειν* synonyma sunt. Æschin. c. Ctesiph. *Τὴν τοῦ Βοιωτιάζειν ὑπομείνας αἰτίαν.* || At vero pro *δι' αἰτίας* vel *ἐν αἰτίᾳ ἔχω* in activa signif., videlicet pro Culpo, Accuso, Culpam in aliquem confero, vel impingo, Crimen impingo, dicitur, *ἐν αἰτίᾳ τίθημι*. Herod. *Ἐν αἰτίῃ τιθέντες τὸν Μαρδόνιον.* I. e. ad verbum, e Cicerone, In culpa ponentes Mardonium. Idem valet, *αἰτίαν σοὶ ἀνατίθημι*. Apud Isocr. autem ad Demon., in plurali, *Ὧν γὰρ ἂν ἐκεῖνος ἁμάρτῃ, σοὶ τὰς αἰτίας ἀναθήσουσι.* Reperitur pro eodem *αἰτίαν σοὶ ἐπάγω*, vel *αἰτίαν ἐπὶ σε ἄγω*, ap. *Demosth. Sic enim in Æschinem, Ἐμὲ τὴν αἰτίαν σοὶ ταύτην ἐπά*[illegible]. *Αἰτίαν φόνου ἐπ'* [illegible] *ἄγω*. Dicitur et *αἰτίαν ἐπιφέρειν*, ut ap. Isocr. de Pace, *αἰτίας ἐπιφέρειν*. Item *ἐν αἰτίᾳ ποιεῖσθαί τινα*, ap. Synes.; vel *αἰτίαν ποιεῖσθαί τινος*, ut ap. Plut. Pericle; vel *κατά τινος*, ut ap. Eund. in Publicola, *Οἱ δὲ δήμαρχοι τοῦ Μαρκίου τὴν αἰτίαν ἐποιοῦντο.* D Soph. autem dixit eodem sensu, *αἰτίαν νέμω*, scribens, *ἐκείνῳ πᾶς τις αἰτίαν νέμει.* Habetur item ap. Plut. *αἰτίαν τρέπω εἴς σε*, ut Lat. dicitur, Culpam in te transfero: ad verbum, Culpam in te verto, s. Converto. || Contraria autem sunt his, *αἰτίας ἀπολύειν*, *αἰτίας ἐξελεῖν*, Culpa liberare s. culpæ, ut Liv. loquitur, Absolvere culpa s. crimine, Exolvere culpa [illegible]um Tacito. Dimovere culpam ab aliquo, vel Remo[illegible]e. Item Culpæ eximere, vel e culpa: quod lo[illegible]di genus ad verbum respondet illi posteri[illegible] *αἰτίας ἐξελεῖν.*

Αἰτίαν ἐνδέχεσθαι, inquit Bud., est In se cri[illegible]u recipere, Crimini se offerre, Agnoscere rem per[illegible]ratam, et se mandatorem profiteri. Quod et *ἀναδέχεσθαι τὸ ἔγκλημα* et *τὰ ἐγκεκλημένα* dicitur, quibus omnibus Demosth. usus est.

Αἰτίαι pluraliter sæpe etiam dicunt, ut Isocr. ad Nic. *Ὡς αὐτὸς τὰς αἰτίας ἕξων ὧν ἂν ἐκεῖνοι πράξωσι.* Idem ad Demon. *Ὧν γὰρ ἂν ἐκεῖνος ἁμάρτῃ σοὶ τὰς αἰτίας ἀναθήσουσιν.* Sic dictum est, *αἰτίας μεγάλας*

ἔχω, Gravia crimina in me conferuntur. Reperitur A et ἐν αἰτίαις γίνεσθαι, sicut et ἐν αἰτίαις εἶναι ap. Æschin. c. Ctes. Ἐν ταῖς μεγίσταις δ' ἦσαν αἰτίαις οἱ πρέσβεις, Gravissimæ res legatis objiciebantur, Gravissima crimina legatis impingebantur. Bud. autem annotat ἐν αἰτίαις εἶναι significare non solum Accusari et Inculpari, sed etiam Pœnas pendere. Apud Athen., Ἐν αἰτίαις ἔσονται ταῖς μεγίσταις, verba sunt edicti Antiocheni, Non impune ferent, Gravi animadversione plectentur.

Notandum est autem αἰτίαν usurpare Isocr. in bonam etiam partem, cum his verbis ἔχειν, ἀνατιθέναι, ἐπιτιθέναι, ἐπιφέρειν, fortasse et cum aliis: sed hæc tantum observavi, ut, Ἡμεῖς τούτων τῶν ἀγαθῶν τὴν αἰτίαν ἕξομεν, pro, Hæc bona nobis ferentur accepta. In Epist. quadam ad Philipp. Ἀλλὰ καὶ τοιούτων τὴν αἰτίαν τοῖς στρατοπέδοις ἀνατιθέασι, Talia exercitibus accepta ferunt. In Panath. Καίτοι τῶν μὲν ῥηθέντων, εἰ καὶ μηδὲν ἕτερον συμβαλοίμην, ἅπαντες ἂν ἐμοὶ τὴν αἰτίαν ἐπιθεῖεν. Idem ibid., Τοῦ μὲν οὖν διαφερόντως τῶν ἄλλων οἰκεῖσθαι τὴν πόλιν ἡμῶν κατ' ἐκεῖνον τὸν B χρόνον, δικαίως ἂν ἐπενέγκαιμεν τὴν αἰτίαν τοῖς βασιλεύσασιν αὐτοῖς.

[" Αἰτία, ad Phalar. 263. Phrynich. Ecl. 165. Thom. M. 20. et n. ad Char. 568. Markl. Iph. p. 356. Abresch. Æsch. 2, 9. Crimen, Fischer. Ind. Palæph. Αἰτία δὲ, ad Lucian. 3, 480. Αἰτίαν παρέχειν, ad Lucian. 1, 451. ad Pausan. 159. Αἰτίαι πρῶται, δευτέραι, ad Phalar. 160. Αἰτίαι, Titulus libri, Wernsd. ad Plut. Quæst. Comment. 1. init. Elogium, Titulus, Casaub. ad Suet. 4, 200. (Schneider. Lex.) Αἰτία ἐμὲ ἔχει, Herod. 407.: brevi post, αἰτίαν ἔχω: cf. 492. Ἐν αἰτίᾳ ποιεῖσθαι, Fac. ad Paus. 1, 349. Herod. 665. Ἡ ἀληθῶς αἰτία, ad Corn. Nep. p. 36. Stav. Αἰτίαν ἔχειν, Bibl. Cr. 2, 1, 57. Burmann. ad Phædr. 16. a. Mit. Lennep. ad Phalar. p. 7. Valck. Diatr. 269. Αἰτίαν ὑπέχειν, Burmann. ad Phædr. l. c. Αἰτίᾳ θεοῦ, Divinitus, Plut. de S. N. V. p. 39. Morbus, Abresch. Lect. Arist. 69. Bernard. Reliq. 38. Αἰτίαν ἔχειν, ad Char. 468. Abresch. Æsch. 2, 112. Heindorf. ad Theæt. 373. C ad Gorg. 194. Simon. Dial. 58. Jacobs. Anim. 246.: Anth. 7, 107. Culpa, Crimen, Schneider. ad Xenoph. Pol. 319. ad Plut. 6, 253. Hutt. Δι' αἰτίας εἶναι, Dionys. H. 4, 2183. Sequ. infin., Pausan. 609. Plut. Bruto c. 20. Querela, Longus 93. Vill. Conf. cum αἰκία, Brunck. Aristoph. 2, 198. Ἐν αἰτίαις ἔχειν τινὰ, Diod. S. 2, 333. Dionys. H. 2, 696. Αἰτίαν εἶχεν ὡς καταλιπὼν, Philostr. 146. Boiss. Αἰτίαν ἔχειν, Boissonad. in Philostr. 529. Τὴν αἰτίαν περί τινος λαβεῖν, Bœckh. in Plat. Min. 155. Heindorf. ad Theæt. 397." Schæf. Mss. Glossæ:—" Αἰτία· Causa, Materia s. Materies, Titulus, Querimonia, Querela, Culpa, Noxa, Occasio, Crimen, Reatus, Τῆς αἰτίας φανείσης· Causa cognita." " Plato de Rep. 4. p. 409. Ed. Bas. 2. Γελοῖον γὰρ ἂν εἴη, εἴ τις οἰηθείη τὸ θυμοειδὲς μὴ ἐκ τῶν ἰδιωτῶν ἐν ταῖς πόλεσιν ἐγγεγονέναι, οἳ δὴ καὶ ἔχουσι ταύτην τὴν αἰτίαν, οἷον οἱ κατὰ τὴν Θρᾴκην τε καὶ Σκυθικήν. De quibus hoc prædicatur. Sic utitur Plato et verbo αἰτιάομαι." Seager. Mss. Pind. Nem. 7, 16. Ol. 1, 57. Æsch. D Sept. c. Th. 4. Plutarch. Philop. 21. Τούτους ἐν αἰτίαις ποιούμενος συνελάμβανε. Thuc. 4, 87. 7, 86. dat. αἰτίᾳ, ut ablat. Causa ap. Latinos. Xenopho Cyn. 1, 10. Οὐχ αὐτοῦ αἰτίαις ἐδυστύχησε. Αἱ αἰτίαι ἐξ ἀνάγκης, Aristot. Metaph. 1, 4. Phys. 2, 7. Seneca Ep. 69, 4.]

Αἰτιώδης, ὁ, ἡ, Causalis, ut αἰτιώδεις σύνδεσμοι, ap. quosdam Gr. Grammaticos, quæ ap. Latinos Causales conjunctiones. Frequentius tamen vocantur αἰτιολόγικοί. || Αἰτιῶδες ψεῦδος vide ap. Suid. [" Clem. Alex. 449." Wakef. Mss. Marc. Anton. 5, 13. Ἐξ αἰτιώδους καὶ ὑλικοῦ συνέστηκα, E forma et materia, Ex anima et corpore, secundum Gataker.]

[* Αἰτιωδῶς, Causaliter. Clem. Alex. 8, 9. p. 929. Οἱ δὲ τὸ μὲν σῶμα κυρίως αἴτιόν φασι· τὸ δὲ ἀσώματον, καταχρηστικῶς καὶ οἷον αἰτιωδῶς. " Heyn. Hom. 8, 622." Schæf. Mss.]

Αἰτιολόγος, ὁ, Qui rationem reddit. Alii exp. Qui sequitur rationem et utitur probationibus.

A Αἰτιολογία, ἡ, Causæ redditio, s. rationis, Causatio, Causificatio. Est autem schema ap. rhetores αἰτιολογία, de quo ita Fabius 9, 3. Quod vero schema est ad propositum subjecta ratio? utrum quod Rutilius αἰτιολογίαν vocat? Nam de illo dubitari possit an schema sit distributis subjecta ratio. Meminit Idem 1, 15. quanquam ibi pro Ætiologiæ et Ætiologia legitur in nonnullis exemplaribus Ethologiæ et Ethologia. [Strabo 85. 93.]

Αἰτιολογικὸς, (ἡ, ὸν,) Peritus ætiologiarum, i. reddendi rationem ejus, quod in quæstione versatur, vel quasi artem illam factitans, ap. Sext. philosophum. || Αἰτιολογικὸς, Causalis, causæ redditivus, ut ap. Grammaticos Gr., σύνδεσμοι αἰτιολογικοὶ, Conjunctiones causales ap. vulgus Lat. Grammat. s. Rationales. || Αἰτιολογικὴ, Pars medicinæ, quæ causarum differentias et vires expendit. Cum autem causæ duplices sint, ut docuit Gal., salubres et insalubres, quarum illæ ad tuendam sanitatem, hæ ad morbum gignendum plurimum habent momenti, non B est dubium, ambarum cognitionem ad eam medicinæ partem spectare, sed earum maxime, a quibus morbi prodeunt: quam ob causam etiam a quibusdam παθολογικὴ pars eadem dicta fuit. Eam in totum neglexerunt olim methodici, sed maximi semper fecere dogmatici, Hippocratis vestigiis insistentes. Hæc Gorr. [Glossæ: Αἰτιολογικός· Causativus, Causalis, Juridicialis. Strabo 163. " Fischer. ad Weller. 3, 243." Schæf. Mss. " Superl., Diog. L. 5, 32." Wakef. Mss.]

[* " Αἰτιολογικῶς, Causaliter, Cum redditione causæ vel rationis, Chrys. in 2 Ep. ad Cor. Serm. 29. T. 3. p. 698." Seager. Mss. " Etym. M." Wakef. Mss.]

Αἰτιολογέω, ήσω, ηκα, Rationem s. Causam reddo. Apud Sext. philosophum cum accusativo: ut Ὡς τε πολυτρόπως αἰτιολογῆσαι τὸ ζητούμενον. Exp. et Causor. || Αἰτιολογῶ, Utor schemate quod Ætiologia dicitur. Exp. præterea in VV. LL. Causas ago, sed perperam. || Αἰτιολογέομαι, pass. pro eodem. Quidam Gram- C matici veteres exponunt, προφασίζομαι, σκήπτομαι. [" Thom. M. 372." Schæf. Mss. Glossæ: Αἰτιολογοῦμαι· Causificor.]

[* Αἰτιολογίζω, UNDE * " Αἰτιολογισμὸς, (ὁ,) Euseb. P. E. 16." Wakef. Mss. " Αἰτιολογίζομαι, Psell. de Lap. Virt. 345. Ed. Maus. Plut. de Flum." Kall. Mss.]

Ἀναιτιολόγητος, ὁ, ἡ, Cujus causa reddi non potest, ap. Alex. Aphrod. de Fato. Idem in Problem. Διά τινα ἕξιν φυσικὴν ἄῤῥητον καὶ ἀναιτιολόγητον. Ex α priv. et αἰτιολογεῖσθαι, Causam reddi, formando videlicet a tert. sing. præteriti ᾐτιολόγηται. Diosc. 7, 1. Καλεῖται ἀναιτιολόγητα τὰ ἀπὸ τῶν ἰοβόλων ζώων καὶ θανασίμων φαρμάκων συμβαίνοντα, i. e. inquit Bud., Quorum causæ sunt abditæ. In VV. autem LL. ἀναιτιολόγητα exp. hic Cæci affectus, accipiendo Cæci pro Abditi, ut opinor. Exp. et Causarum cognitione et ratiocinatione carentia. Sed simplicissima est et ad verbum hæc interpretatio, Quorum causa reddi non potest. [" Euseb." Wakef. Mss. Et * Δυσαι- D τιολόγητος, ὁ, ἡ, " Explicatu difficilis, Philo J. 2, 644." Wakef. Mss.]

[* " Ἐξαιτιολογέω, Causas invenio. Diog. L. 637. (10, 82.)" Wakef. Mss. " Thom. M. 372." Schæf. Mss.]

Ἀναίτιος, ὁ, ἡ, Causam non habens, Cujus causa nulla est, ut ἀναίτιος κίνησις ap. Alex. Aphrod. de Anima. Ita usurpatur et a Dionys. Areop. Apud Damasc. quoque hoc sensu Deus dicitur ἀναίτιος, et ap. Greg. Naz.

Ἀναίτιος, Qui in causa non est cur aliquid fiat, Qui non est auctor, Qui in causa non est hujus vel illius rei. A quo culpa rei alicujus abest, cum gen., ut ap. Plut., ἀναίτιος τῶν κακῶν, Qui auctor malorum non est. Plato de Rep. 2. Τὸ ἀγαθὸν τῶν μὲν εὖ ἐχόντων αἴτιον, τῶν δὲ κακῶς, ἀναίτιον. Sic, τοὺς κύβους συντρίβουσιν, ἀναιτίους ὄντας αὐτοῖς, ὧν ἑκόντες ποιοῦσι, Talos confringunt, qui in causa non sunt eorum, quæ ipsi sponte sua faciunt, vel, Qui sunt extra omnem culpam eorum, quæ. Ita autem inter-

pretans, Ciceronem sequor, ut paulo post docebo. Ἀναιτίᾳ ἀφροσύνης ap. Xenoph., Dementiæ non accusandus, quasi Dementiæ culpa vacans. Ἐγώ σοι τούτων ἀναίτιος, Horum tibi auctor non sum, Hæc mihi imputare non debes. Plato Timæo, Διαθεσμοθετήσας δὲ πάντα αὐτοῖς ταῦτα, ἵνα τοῖς ἔπειτα εἴη κακίας ἑκάστων ἀναίτιος, Cic. interpr. Quæ cum ita designasset, seseque, si quid postea fraudis aut vitii evenisset, extra omnem culpam causamque posuisset. Ubi notandum Cic. non contentum dicere Culpam, addidisse Causam, nomine Græco utriusque horum significationem complectente.

Ἀναίτιος, sine casu, Insons, Crimine vacans, A quo omnis abest culpa, Nulli culpæ affinis. Il. N. (775.) Ἕκτορ, ἐπεί τοι θυμὸς ἀναίτιον αἰτιάασθαι: Λ. (653.) Δεινὸς ἀνὴρ, τάχα κεν καὶ ἀναίτιον αἰτιόῳτο: Od. Υ. (135.) Οὐκ ἄν μιν νῦν τέκνον ἀναίτιον αἰτιόῳο. Dicitur et ἀναίτιον εἶναι παρά τινι, pro Non culpari ab aliquo, vel Non accusari, Culpam non sustinere ap. aliquem. Xenopho K. Π. 1. Ἀναίτιος ἔσει παρὰ τοῖς σαυτοῦ στρατιώταις. [" Ammon. 18. Eur. Med. 731. Wakef. Phil. 1074. Jacobs. Anth. 6, 288. Fem., Lobeck. Ajac. p. 245. Innocens, Xenopho K. Π. p. 90." Schæf. Mss. Hippocr. 17, 21. Glossæ: Ἀναίτιος· Immerens, Innocens.]

[* Ἀναιτία, ἡ, Innocentia, Reprehensionis carentia. Hippocr. 14, 48 = 22, 30. Ἀλλ' εἴ γε μὴ πρὸς ἀναιτίην, δημεύεται, Sed nisi ars innocenter exerceatur, proscribitur. Vide Foës. Œcon. Hippocr. v. Δημεύεσθαι. Sed inter dubia vv. ponit Schneider. Lex.]

Ἀναιτίως, Absque causa, Sine causa. Alex. Aphrod. de Anima, Εἰ μηδὲν ἀναιτίως γίνεται, Si nihil fit absque causa, Si nihil fit nisi præcedente causa, ut a theologis dicitur Deus esse ἀναιτίως, i. Nulla præcedente causa. Philo de Mundo, Εἰ δ' ἀναιτίως φθείρεται. || Item, Ἀναιτίως, Inculpate.

" Ἄναιτος, Suidæ est ἀβλαβὴς vel * ἀναιτίατος, in " hoc loco Soph. quem affert, πόλις δέ σοι Κακῶν " ἄναιτος τῶνδ' ἀπαλλαχθῇ χθονός. Eam tamen scri- " pturam non habent vulgatæ Soph. Edd., sed ἄνατος " sine diphthongo, et quidem rectius. Sensui enim " magis consentaneum est Illæsa, Incolumis, quam " Insons, Non auctor nec causa, præsertim cum et " adv. ἀνατεὶ ap. eum reperiatur pro Innocue, h. e. " Sine damno et impune. Veruntamen et Schol. " alteram illam τὴν διὰ διφθόγγου γραφὴν agnosse vi- " detur, cum et ipse ἄνατος ibi exponat non solum " ἀβλαβὴς, verum etiam ἀναίτιος. Locus est in Œd. " C. p. 297. meæ Ed." [" Brunck. Soph. 3, 497." Schæf. Mss.]

[" * "Ἀνταίτιος, (ὁ, ἡ,) Clem. Alex. 786(=932. Ἀντιπληγεὶς δὲ ὑπ' αὐτοῦ θανασίμως, ἔσχεν αὐτὸν ἀνταίτιον, οὐ καθὸ ἐγένετο αὐτῷ αἴτιος, καθ' ἕτερον δέ.)" Kall. Mss. Vertitur: Qui ab ipso est vicissim lethaliter sauciatus, eum vicissim causam habuit non per id, quo ei fuit causa, sed per aliud.]

[* " Αὐταίτιος, (ὁ, ἡ, Qui ipse sui causa est.) Const. Apost. 6, 11. (Τοῦ Χριστοῦ πατέρα, οὐκ αὐταίτιον καὶ αὐτογένεθλον, ὡς ἐκεῖνοι οἴονται, ἀλλ' ἀΐδιον, ἄναρχον, καὶ φῶς οἰκοῦντα ἀπρόσιτον.)" Kall. Mss.]

Μεταίτιος, ὁ, ἡ, Qui una cum alio in causa est alicujus rei, Particeps, eo sensu, quo a Cic. dicitur aliquis Belli particeps, et Conjurationis particeps, quod Gall. Complice. In VV. LL. exp. etiam, Causa similis cum alio. Xenopho Hell. 5. Οἱ μὲν σφαγεῖς καὶ οἱ μεταίτιοι τοῦ ἔργου, ubi μεταίτιοι interpretor Participes. || A Bud. autem μεταίτιος exp. simpliciter Auctor et causa alicujus facti, et citatur ex Herod., Οὓς μάλιστα μεταιτίους τοῦ φόνου ᾔδεε. Item, Πᾶν γὰρ τὸ πλῆθος ἦν μεταίτιον. Et e Xenoph. de Theramene, Σὺ δὲ διὰ τὸ εὐμετάβολος εἶναι, πλείστοις μὲν μεταίτιος εἶ ἐξ ὀλιγαρχίας, ὑπὸ τοῦ δήμου ἀπολωλέναι κ. τ. λ. Sic et in VV. LL. μεταίτιός εἰμι τοῦ πάθους exp. Damni culpa est penes me. Videtur tamen in locis illis Herod. μεταίτιοι significare Participes, ut et in illo priore loco Xenoph. [Æsch. Agam. 820. Choëph. 97. μεταίτιος βουλῆς. " Valck. Anim. ad Ammon. p. 4. Markl. Suppl. 26. Wakef. Trach. 447. Eum. 199. Sequ. infin., Trachin. 1234." Schæf. Mss.]

Συμμεταίτιος, (ὁ, ἡ,) ut συναίτιος, Adminiculum

A primæ causæ, inquit Bud. citans e Plat. Timæo 156. Τὰ μὲν οὖν τῶν ὀμμάτων, ξυμμεταίτια πρὸς τὸ σχεῖν τὴν δύναμιν ἣν νῦν εἴληχεν, εἰρήσθω. Supra dixerat συναίτια. [In Schneider. Lex. non legitur.]

[* Παναίτιος, Totius rei auctor, Omnium causa et auctor. " Æsch. Eum. 200. (Agam. 1496.)" Schæf. Mss. " Phornut. 58." Wakef. Mss.]

Παραίτιος, (ὁ, ἡ,) Qui e parte in causa est, vel, Qui in causa est, Auctor, sumendo pro simplici αἴτιος. Exp. etiam ὁ αἰτίαν παρέχων. Democr. in Epist. Καὶ σέο τέχνην κατεμέμψαντο ὡς παραίτιον παρακοπῆς γεγενημένην. Plut. Τὸ δὲ τῶν αἰσχρῶν τὸ θεῖον παραίτιον γενέσθαι, οὐκ εὔλογον. Sic et alibi. Philo de V. M. 1. Παραίτιοι γενόμενοι τοῖς ὑπαχθεῖσι χαλεπῆς ἀπωλείας. Athen. Κακοστόμαχα, ἐπιπολαστικά τε καὶ νοσοποιὰ, καὶ φρίκης παραίτια. In VV. LL. citantur e Phalar. Epist. hæc verba, quæ trimetrum jambicum efficiunt, Πολλῶν ὁ καιρὸς γίγνεται παραίτιος. Bud. παραίτιον in Hippiatria poni ait pro συναίτιον. [" Iren. 379. Epiphan. Hær. 42. p. 368." Routh.

B Mss. " Diod. S. 2, 307. Jacobs. Anim. 248. Valck. Diatr. 52. Pausan. 286. Τὸ παραίτιον, ad Lucian. 1, 49. Παραιτία, Manetho 2, 502. Const. Manass. Chron. p. 87. Meurs." Schæf. Mss. " Stob. 231." Wakef. Mss. Glossæ: Παραίτιος· Obnoxius.]

Συναίτιος, ὁ, ἡ, Qui simul cum alio vel aliis in causa est alicujus rei, vel Qui e parte in causa est, et auctor. Xenopho K. Π. 1. Ἡδονῆς μὲν καὶ ἀγαθοῦ τινὸς συναίτιος ὤν, κακοῦ δὲ οὐδενί. Demosth. pro Cor. (298.) Τῶν μὲν ἐκ λόγου καὶ τοῦ βουλεύεσθαι πραχθέντων οὐδενὸς αὐτῷ συναίτιος εἶναι δοκῶ, τῶν δ' ἐν τοῖς ὅπλοις καὶ κατὰ τὴν στρατηγίαν ἀτυχηθέντων μόνος αἴτιος εἶναι. Plato in Pol. circa omnia quæ fiunt, duas artes esse dicit, τὴν μὲν γενέσεως οὖσαν συναίτιον, τὴν δ' αὐτὴν αἴτιον. Theophr. C. P. 5. Πάντα συναίτια τῆς φθορᾶς. In illo tamen Xenoph. loco, συναίτιος exp. simpliciter Auctor, perinde ac si pro αἴτιος accipiretur.

C Συναίτιον substant. Causa adjutrix, vel Adjuvans causa. Cicero συναίτια interpr. Adjuvantes causæ, p. 188. Cic. Lex. Item, Adjuvantia causarum et Quæ rerum adjuvant causas, p. 38. Verum si ita interpretetur Cicero αἴτια συναίτια, quomodo αἴτια συνεργὰ interpretabitur? Quam differentiam e Sexto philosopho subjungere visum est, cum eleganter eam describat, sed in opere, quod nondum in publicum prodiit, in ipsa quidem certe auctoris lingua. Sic igitur Pyrrh. 3, 2. Τούτων δὲ τῶν αἰτίων οἱ μὲν πλείους ἡγοῦνται τὰ μὲν, συνεκτικὰ εἶναι, τὰ δὲ, συναίτια, τὰ δὲ, συνεργά· καὶ συνεκτικὰ μὲν ὑπάρχειν, ὧν παρόντων πάρεστι τὸ ἀποτέλεσμα, καὶ αἰρομένων αἴρεται, καὶ μειουμένων μειοῦται. Οὕτω γὰρ τὴν περίθεσιν τῆς στραγγάλης, αἴτιον εἶναί φασι τοῦ πνιγμοῦ. Συναίτιον δὲ, ὃ τὴν ἴσην εἰσφέρεται δύναμιν ἑτέρῳ συναιτίῳ πρὸς τὸ εἶναι τὸ ἀποτέλεσμα. Οὕτως ἕκαστον τῶν ἑλκόντων τὸ ἄροτρον βοῶν αἴτιον εἶναί φασι τῆς ὁλκῆς τοῦ ἀρότρου. Συνεργὸν δὲ, ὃ βραχεῖαν εἰσφέρεται δύναμιν, καὶ πρὸς τὸ μετὰ ῥᾳστώνης ὑπάρχειν τὸ ἀποτέλεσμα· οἷον, ὅταν δύο βάρος τι βασταζόντων μόλις, τρίτος τις

D προσελθὼν συγκουφίσῃ τοῦτο. Quem ego locum, recognoscens operis hujus Interpretationem, quam aliquot ab hinc annis edidi, ita verti, Harum autem causarum aliæ, ut illorum bona pars existimat, sunt συνεκτικαὶ, quasi dicas Continentes, aliæ συναίτιοι, q. d. Concausales, aliæ συνεργοὶ, i. e. Adjutrices, q. d. Cooperatrices. Et συνεκτικὰ quidem αἴτια esse volunt causas, quæ cum adsunt, adest et effectus: eum tolluntur, is tollitur: cum minuuntur, minuitur. Exempli gratia, strangalen appositam causam esse suffocationis. At αἴτιον συναίτιον esse causam, quæ easdem cum altero synætio vires ad faciendum effectum affert. Et hoc modo unumquemque boum aratrum trahentium, causam esse tractionis aratri dicunt. Συνεργὸν autem αἴτιον, causam quæ parvas vires confert, et quidem per quas facilior reddatur effectus: ut cum duobus aliquod onus ægre portantibus, tertius aliquis adveniens, una cum ipsis illud portando sublevat. Hactenus Sextus, ap. quem an συναίτιον αἴτιον vel ipse Cicero potuisset vertere Adjuvantem